This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

30
[illegible] 4/6
943



22. vii. 26.
M. 1. N. 25.

DL
460
.T39

Theodricus monachus, fl. 1180.

COMMENTARII HISTORICI DUO.
hactenus inediti:

ALTER

DE REGIBUS VETUSTIS NORVAGICIS,

Alter,

DE PROFECTIONE DANORUM IN TERRAM SANCTAM *circa annum* M.CLXXXV

ſuſceptam, eodem tempore ab incerto autore conſcriptus:

Cura olim & opera *Viri Clariſſimi,*

IOHANNIS KIRCHMANNI, LUBEC.

Nunc primum editi, ab hujûs Nepote

BERNH. CASP. KIRCHMANNO. J.U.D.



AMSTELODAMI

Apud JANSONIO WAESBERGIOS. 1684

Polybius Lib. III. Hiſt.

Nequaquam ſuccenſendum eſt antiquis rerum geſtarum ſcriptoribus, ſi quid vel omiſerint, vel deliquerint. Quin potius, quod talibus temporibus inveſtigare aliquid potuerunt, laudandi ſunt.

Livius Decad. I Lib. V.

In rebus antiquis, ſi qua ſimilia Veri ſunt, pro veris accipiantur, ſatis habeam.

C. Plinius, Epiſt. VIII. Lib. V.

Orationi & carmini eſt parva gratia, niſi eloquentia eſt ſumma: Hiſtoria quoquo modo ſcripta, delectat. *Sunt enim homines natura curioſi, & qualibet nuda rerum cognitione capiuntur.*

Frid. Lindenbrogius, præfat. in Jornandem.

In tanta veterum ſcriptorum, qui res geſtas majorum noſtrorum literis tradiderunt, raritate, omnino neceſſum eſt, eos pro bonis ut habeamus, qui minus ſunt mali.

2-17-30 A.K.

COMMENTARIUS
Prior
HISTORICUS,
DE REGIBUS VETUSTIS NORVAGICIS,

Ducentorum circiter annorum res geſtas complectens

à

THEODORICO

Monacho Nidroſienſi, ante quingentos annos conſcriptus,

Opera olim & cura *Viri Cl.*

IOH. KIRCHMANNI, *Lubec.*
ex manuſs. Bibliothecæ *Lubecenſis* protractus, nunc primum editus ab hujus Nepote

B. C. KIRCHMANNO.

SERENISSIMO, PER DANIAM NORVAGIAMQUE REGNATURO PRINCIPI FRIDERICO, VITAM, ET FELICISSIMA, IN QUÆ NATUS EST, REGNORUM IMPERIA!

AGnoſciſne omen, PRINCIPUM SERENISSIME, dum ad te primum iſta hactenus inedita vetuſtæ hiſtoriæ Borealis monumenta, non ſine ſubmiſſæ devotionis veneratione, ultro properant? Et agnoſces, REGUM illa, & ſeriem aliquam, & res geſtas, profectioneſque quas tunc credebant religioſas, ex facultate & genio iſtius, quo ſcripta ſunt, temporis, pandere conantur: à quibus quidem REGIBUS quæ regnatæ ſunt ditiones, Tua olim ſceptra ſunt deveneraturæ. Nec erubeſcenda quidem

TIBI reberis iſta ſupra NORMANNOS tuos Imperia: illæ gentes ſunt, quæ formidandæ olim potiſſimis terrarum orbis, Europæ certè Aſiæque fuerunt partibus: quarum ſedes, veluti *officina quædam & Vagina fortiſſimarum nationum* habebatur: (*Jornandes, de rebus Geticis* fol: 83.ex edit. *Lindenbr*:) De quibus *Dudonis* autoris vetuſti verba laudat *Camdenus* (*Britan.* fol. 82.) *Dani è Scantza, velut examen apum è caniſtro,* (alveari) *& gladius è vagina, diverſitate multimoda, proſiluerunt*: quas *Nicephorus*, ſcriptor Hiſtoriæ Eccles. Sec. XIV: *imbrium procellis & fulminibus* comparat: *quæ ex Septentrione ſuo, in terrorem & pœnam divinitus aliis terris fuerint immiſſæ*: quorum populorum incurſionibus & violentia, *Britannia* per ducentos annos graviſſime afflictata: tandemque à *Suenone, Canuti Magni* trium regnorum, *Daniæ* ſcilicet, *Angliæ* & *Norvagiæ* Regis patre, circa annum CH.IↃCCCXCI. victo fugatoque *Edelredo*, Anglo-Saxonum Rege, tota fuit ſubjugata. *Cambdenus* hæc commemorat: (*Britan*: fol: 84) cum circa annum CH: IↃCCC. *Ecberti* I. Occidentalium *Anglo-Saxonum* Regis tempore, *Angliæ* littora ab iiſdem primo fuiſſent infeſtata: quorum vim ſævitiamque ut vel placarent, vel ſub-

ſubſiſterent *Angli*, peculiare tributi genus, per univerſas ſuas ditiones, tempore ejus, quem diximus, *Edelredi* corrogatum fuit *Danegeldum* inde nominatum. (*Danigeldum Dangeldum &* *Danegeld*, etiam ſimpliciter *Geldum* & *Geltum*, tributum *Angliæ* indictum, aut ad pacandos aut arcendos *Danos* : *Sævientibus enim per Angliam Danis, & de regno fortiter dimicantibus, Edelredus Rex, in extremas adductus anguſtias, multa librarum millia impendit, ut relicta Anglia, domi ſe in poſterum continerent. Hi nihilominus prædas undiquaque agunt, & puſillanimum Regem (Ethelredum) continuis tributis decoquunt miſerrime.* Spelmann. *Gloſs:* fol: 199. qui etiam fol: 200. ſummam nomine *Danengeldici* tributi ab an: 991. ad an: 1014. collegit, 167000 librarum. Et fol: 313. *Gloſs. Geldum* ſcribit, pro *Danegeldo*, eſt tributum quod ſingulis villis (Anglice *Hidis*) tempore Anglo-Saxonum Nortf: imponebatur, quod Anglo-Normanni *Taxam* & *Tallagium* appellabant Et *Cambdenus* ex legibus antiquis Anglo-Saxonicis (fol: 83 *Britan*:) *Danigeldum*, annuatim reddi, duodecim ſcilicet denarios ex unaquaque *hida* totius patriæ &c: Et *Gloſſarium du Freſne*, ex *Ioh* : *Bromptone* ſcriptore vetuſto Anglicano, Tom. 11. fol. 7.

Dane-

Danegeld eſt tallagium, datum *Danis* nempe tres denarii de qualibet *bovata* terræ. Ut ita *Bovata terræ*, vox iſtius ætatis, pars fuerit *Hidarum*. Vide idem *Gloſs*. Tom. 1. fol: 597. *Hujus autem* tributi onere Anglos poſtea levatos fuiſſe ab *Eduardo Sancto*, ſeu *Confeſſore*, *Ethelredi* filio, anno XXXVIII. ex quo à patre illud fuerat impoſitum: cum ſcilicet Rex pius dæmones lætabundos ſuper acervum collectitiæ iſtius pecuniæ & tripudiantes vidiſſet, idem du *Freſne* ex *Ingulfo* refert. Tom. II: fol. 8. Formam & typum hujus nummi, in quo perſolvendum fuit id tributum, videre licet in vita *Alfredi*, nuper à *Spelmanno* edita. Quam in *Gallia*, *Celtica* imprimis & *Belgica*, iſta deſævierit procella, illorum ſequentiumque temporum ſcriptores, non ſine horrore legentium commemorant. Vid. *Ubbo Emm.* Hiſt. Friſ. Lib. V. *Aimonius* de geſtis Francorum lib. IV. *Crantz. Norv.* lib. II. Et jam *Iuſtini* Imp. ævo circa annum CHR: IↃLXX. ſub nomine iidem *Wickingorum*, claſſibus ſuis Gallicana littora aſſultaverunt. Ita *Camdenus*, *Britan.* fol: 82. *Circa annum ſalutis* 570. *Galliam vaſtare cœperant*, Wikingi *dicti*: *Wikinga enim Saxonica lingua* piratam *denotat* &c. Quæ *Cambdeni* verba laudat & *Ol*: *Wormius in monum.*

Dan:

Dan: & vocabulum *Vikingorum* derivat à voce Saxonica *Wigh*: i. e. à ſinu maris, in quibus piraticam exercentes credit delituiſſe, ad inſidias prætemavigantibus ſtruendas. Vide *Steph. Stephanii Not. ad Saxonis Grammat.* fol. 152. Et piraticam quidem, inter licita olim fuiſſe habita, vel ex hoc ipſo *Saxone Grammatico*, videre eſt, qui lib. III. *Hiſtor.* fol: 48. de *Hornvendillo*, Jutiæ Regulo, commemorat, hunc per ſummam gloriam piraticæ incubuiſſe: adeo ut *Collerus*, Rex *Norvagiæ*, operum & famæ illius gloria permotus, decorum ſibi fore crediderit, iſtam gloriam ejus æmulari obſcurareque &c. Et ita jam de fortiſſimis Germanis Tacitus: *non arare terram aut annum exſpectare, tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtem & vulnera mereri. Pigrum quin & iners videtur, ſudore acquirere quod poſſis ſanguine mereri.* Imprimis autem circa tempora *Caroli* M. ille Normannicarum claſſium turbo Galliæ vehementiſſimè cœpit incumbere: quæ poſtea *Ligeris Sequanæque* oſtiis invectæ, immanem in modum ſunt degraſſatæ: quin & aliquando *Gaditano* ſuperato ſinu, adverſo *Rhodano Valentiam* uſque penetrarunt: tandemque eò hæc vis invaluit, ut tempore *Caroli Craſſi*, ſeu *Simplicis*, *Caroli M.* pronepotis, *Rol-*

lo & ipſe ex ſtirpe oriundus Normannica, fortiſſimis coactis copiis, *Angliam* primo, inde *Belgium* & *Friſiam* depopulatus: poſtea Sequanam invectus, *Rotomagoque* occupata, & ferro flammaque vicinis evaſtatis, *Pariſios* longa obſidione fatigaverit, nec compeſci prius potuerit, quam Neuſtriam, *Galliæ Celticæ* partem, Carolo extorſiſſet: qui & eidem filiam *Giſlam*, ſecundum alios *Gillam* aut *Ægidiam*, in uxorem collocavit, ex quo *Rollone*, à ſacræ immerſionis ritu, quo eccleſiæ CHRISTI fuit aſſcriptus *Roberto* nominato, Ducum *Normannicorum* in Gallia origò eſt. (Lepidum eſt; quod de hoc ipſo Rollone referunt ſcriptores, cum in foidum is accepturus eſſet *Neuſtriam à Carolo* ſocero, moneretur que à circumſtantibus, ut ex more ejus gentis ætatisque, Regi pedem deoſcularetur, aſpernatum id officii, Saxonica reſpondiſſe lingua: (*ne by Gott*) *non per Deum*, ſe id facturum, inde & ipſum & comites, etiam poſtea *Bigodios* fuiſſe cognominatos Ita *Cambdenus* ex codice vetuſto M. S. *Carolus Stultus dedit Normanniam Rolloni, cum filia ſua Giſla: cumque comites illum admonerent, ut pedem Regis in acceptione tanti beneficii oſcularetur, lingua Anglicâ reſpondit (Ne ſe by God:) quod interpretatur: Non*

per-

per Deum. *Rex vero & ſui illum deridentes, illum vocaverunt Bigod, unde Normanni adhuc vocantur Bigodti.* *Britan.* fol: 95. Addunt alii, eundem *Rollonem*, detrectantem in genua procumbere, manu tamen prehenſum pedem Regis ad oſculum ſuſtuliſſe, quo factum, ut Rex retro cum ſedili, non ſine riſu circum ſtantium, fuerit prolapſus. *Micræl. Synt. Hiſt. Pol* fol. 586.

Ex iſta Normannicæ gentis propagine, poſtea ſub exceſſum *Ottonis* III. Imp: & initia *Henrici* II. *Tancredus* ab *Rollone*, uti quidam putant, quintus, cum manu fortiſſima Normann: ad ſtipendia contra *Saracenos* facienda, in *Italiam* profectus, ibidem in Apulià, captis oppidis aliquot, conſedit: cujus filius *Rogerius*, ejectis ex Sicilia Saracenis, Comitis primo Siciliæ meruit titulos: & Nepos ejuſdem *Rogerius* II. Siciliæ Apuliâ, Calabriâ, Capuaq; junctis, Siciliæ Italiæque Regis titulos uſurpavit: poſtea tamen rogatu Pontificis, Italiæ Regis titulo abſtinuit: *Regem ſe Siciliæ, Ducem Apuliæ & Calabriæ, Principem Capuæ, Neapolis, Salerni, & Amalfis Dominum,* ſe appellari contentus. *Sigonius*, & ex hoc *Micrælius.* Ex eadem ſtirpe, *Guilielmus Conqueſtor*, ſive *Nothus* (quia *Roberti* VI. Norm. Ducis ex puella ruſtica filius)

Theodricus monachus, fl. 1180.

COMMENTARII HISTORICI DUO.
hactenus inediti:

ALTER

DE REGIBUS VETUSTIS NORVAGICIS,

Alter,

DE PROFECTIONE DANORUM IN TERRAM SANCTAM *circa annum* M.CLXXXV

ſuſceptam, eadem tempore ab incerto autore conſcriptus:

Cura olim & opera *Viri Clariſſimi*,

IOHANNIS KIRCHMANNI, LUBEC.

Nunc primum editi, ab hujûs Nepote

BERNH. CASP. KIRCHMANNO. J. U. D.



AMSTELODAMI

Apud JANSONIO WAESBERGIOS. 1684

ſeries continua Regum Norvagicorum de
ſcendit, ad *Olavum* uſque *Haguini*, ultimi Nor
vag: Regis ex *Margareta* Danica, filium quæ
quidem *Semiramidis Danicæ* inclyta nomine, Ha
guino nupta, circa an: 1388 Daniæ Sueciam
Norvagiamque conjunxit, & fœdere *Calma
rienſi* an: 1394. inter Danos Suecosque conve
nit, ut per vices ex ipſis Rex eligeretur. Sed
Suecis poſtea querentibus de fœdere iſto læſo
& *Kanuti* filium Carolum eligentibus: Dani
Christianum I. *Oldenburg*: an: 1448. elegerunt.

CHRISTIANUM illum, cum Tibi
PRINCIPUM GENEROSISSIME, hic no
mino, ſcio quam REGIUM Tibi incaleſcat
SANGUEM, quam mamilla Tibi generoſe
ſaliat læva, quàm nominis iſtius Tibi ſancta ſit
memoria. Stirps illa Tua eſt: ille, *Wittekindi*
ultimi Saxonum Regis, qui quater & vicies
cum *Carolo* M. acie congreſſus, tandem Impe
ratori obſequia & CHRISTO corda & ditio
nes religioſus dedit. Hujus ſtirps glorioſa
CHRISTIANUS, Oldenburgenſis, Tuus
PRINCEPS, ſanguis eſt: ille inquam, qui
an. CHR: 1448. Daniæ Norvagiæque impe
ria gubernanda ſuſcepit: pulſoque à Suecis *Ka
rolo*, *Kanuti filio*, per ſeptennium etiam Suecici

regni

regni imperia tractavit: qui Holſatiam primus ſub Ducatus titulo ab Imp: *Friderico* III. & ab eodem jus in *Dithmarſos* obtinuit: Muſaſque & artes Rege dignas Academiæ Hafnienſi primus induxit.

Sume TIBI, PRINCEPS SERENISSIME, pares ad virtutem, ad immortalia facta, animos: imple iſta majorum Tuorum, etiam PATERNA, glorioſa nomina: ſis CHRISTIANUS: ſceptra tua, quum capeſſes, CHRISTO ſubjice: religionem ſanctiſſime tuere: patrocinare cordatus juſtitiæ, & refugam extorremque terris, ad tuas ſapienter revoca; *ſine qua quid Regna ſunt niſi magna latrocinia* (*Aug:* IV. *de Civ: D.*) imple etiam tua, PRINCEPS DESIDERATISSIME, nomina: ſis FRIDERICUS!

Tu civem, patremque geras, tu conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, ſed publica damna.

Omnium Somnos, tua olim vigilantia defendet; omnium otium, tuus labor; omnium delicias, tua induſtria; omnium vacationem, tua occupatio. (*Sen: ad* Polyb:) Sint in Te, PRINCIPUM OPTIME, & felici nomine tuo, bonis artibus & ſapientiæ veræ, à barbaro inceſtatæ ſeculo, ſuum olim præſidium & ornamenta: & quod

futuro

futuro jam nunc iſta deſideranti promittas tempori per Hiſtorias, imprimis veteres, ire ne recuſa: *ibi reperies ſine labore, quæ alii cum labore collegerunt: illinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones: mundi hujus inſtabilitatem, & imperiorum præcipites caſus. Et ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in divinæ juſtitiæ manus incidas; hæc amplecteris, ut præmiis, quæ ea comitantur, potiaris.*

Quæ quidem verba, non plebeia, ſed *Baſilii* Imperatoris, ad *Leonem* filium, Principem futurum, tibi ſcripta reberis, PRINCIPUM OPTIME; & ita ſapienter te reri oſtendes, ſi etiam hæc ipſa vetuſtæ ætatis, ad majorum Tuorum gloriam pertinentia monumenta, iſta manu, qua ſceptra olim feliciter, & ad publica deſideria, geſturus es, clementer ſuſceperis.

Sleſvigæ, menſe Octobr. an. CIↃ IↃC XXCIII.

SERENITATIS VESTRÆ

Subjectiſſimus cliens & ſervus

Bernh. Caſp. Kirchmann.

PROLOGUS

THEODRICI MONACHI

in Eccleſiaſtica Hiſtoria

NORWAGIENSIUM

Domino & Patri ſuo, viro Reverendiſſimo Auguſtino Nidroſienſi *Archiepiſcopo* Theodricus *humilis peccator debitæ ſervitutis ſubjectionem & orationum ſuffragia.*

(In Catalogo Archipiſcoporum Nidroſienſium dicitur, *Oſtenus* eſt ſecundus in ordine, vixitq; Anno Chriſt. 1160.)

OPeræ pretium duxi, *Vir Illuſtriſſime*, pauca hæc de Antiquitate Regum *Norwagienſium* breviter annotare, & prout ſagaciter perquirere potuimus ab eis, penes quos horum memoria præcipue vigere creditur, quos nos *Iſlendinges* vocamus, qui hæc in ſuis antiquis carminibus percelebrata recolunt. Et quia pene nulla natio eſt tam rudis & inculta quæ non aliqua monumenta ſuorum anteceſſorum ad poſteros tranſmiſerit, dignum putavi hæc, pauca licet majorum noſtrorum memoriæ poſteritatis tradere. Sed quia conſtat nullam ratam regalis ſtemmatis ſucceſſionem in hac terra

Iſlandi diligentiſſimi in notandis patriæ rebus. (De Carminibus. vet. L. in dienb. ad *Warnefrid* 83.86. p.)

Initium * hujus hiſtoriæ, à temporibus *Haraldi Pulchrecomati.*

extitiſſe ante *Haraldi Pulchre-comati* tempora, ab ipſo exordium fecimus: Non quia dubitaverim, etiam ante ejus ætatem fuiſſe in hac terra viros ſecundum præſens ſeculum probitate conſpicuos, *quos nimirum*, ut ait *Boëtius*, *clariſſimos ſuis temporibus viros ſcriptorum inops. delevit opinio.* Ad quod probandum teſtes ciebo idoneos. *Hugo*, bonæ memoriæ, canonicus *Sancti Victoris Pariſiis* vir undecunque doctiſſimus, ita meminit gentis noſtræ in Chronica ſua: *Northmanni*, inquit, *de Scythia inferiori*, illam procul dubio volens intelligi ſuperiorem, quam nos *Suethiam* appellamus, *egreſſi claſſe advecti in Gallias, intranteſque per Sequanam fluvium omnia depopulati ſunt ferro & flamma. Sigibertus* quoque *Gyemblacenſis* Monachus, in Chronica ſua ita ſcribit: *Northmanni*, inquit, *Aquilonaris gens atrociſſima advecti in Gallias cum longis navibus intraverunt Ligerim fluvium & Thurones uſque pervenerunt omnia vaſtantes.* Liquet itaque, Virorum optime, ex his fuiſſe etiam ante tempora *Haraldi* in hac terra in bellicis rebus potentes viros; ſed, ut diximus, illorum memoriam ſcriptorum inopia delevit. Veritatis verò ſinceritas in hac noſtra narratione ad illos omnimodo referenda eſt, quorum relatione hæc annotavimus: quia nos non viſa, ſed audita conſcripſimus.

Scythia ſuperior, eſt *Suecia*.

Hæc iiſdē verbis non extant apud *Sigebertum*: quæ tamen eadem ferè tradit in Actis ann 853 Videndus & *Baronius* tomo x. eod. anno.

Ex aliorum fide, hæc eſſe ſcripta.

Digreſſiones etiam more antiquorum Chro-

* (Vide cap. 34.)

Chronographorum non inutiles, ut arbitramur, ad delectandum animum Lectoris locis competentibus adjunximus. Veſtræ igitur *Excellentiæ* potiſſimùm præſentem ſchedulam examinandam miſimus, cujus peritiæ certiſſimæ ſcimus nec ad reſecanda ſuperflua quicquam affore; nec benivolentiæ ad ea quæ rectè prolata ſunt, comprobanda. Omnipotens Deus, cuſtodiat Sanctitatem véſtram, longo tempore incolumem, Eccleſiæ ſuæ Sanctæ! Vale.

Explicit Prologus

Incipiunt Capitula ſequentis Opuſculi.

C. I. De *Heraldo* Pulcre-comato,
II. De *Erico* filio ejus.
III. De Inventoribus *Iſlandiæ*.
IV. De *Haçone* & *Haraldo Grafelder*.
V. De *Hacone* Malo.
VI. De nece *Gunildæ*, per dolum *Haçonis*.
VII. De doloſa ejuſdem factione contra *Olaum*, filium *Tryggi*.
VIII. Quod *Olaus* repatrians, aſſumpſit ſecum Epiſcopum quendam, & alios religioſos viros, ad prædicandum verbum Dei *Norwagienſibus*.
IX. Quod ejus inſtantia, Comes *Orcadum* factus eſt Chriſtianus, cum omni populo ſuo.
X. Quod oſtenſæ ſunt *Olauo* inſidiæ & fraudes *Haçonis*.
XI. De Conſtantia ejuſdem in verbo Dei.
XII. Quod *Iſlandia* fidem Chriſti receperit, per ejus inſtantiam.
XIII. Opinio quorundam de Baptiſmo Beati *Olavi*.
XIV. De Morte *Olavi*, filii *Tryggi*.
XV. De reditu Beati *Olaui*, de *Anglia* in *Norwagiam*.
XVI. De fuga Beati *Olaui* in *Ruſciam*.
XVII. De Natura *Carybdis* & de *Longobardis* & *Hunnis*.
XVIII. Quod Beatus *Olaus* repatriavit, & de Corporum humanorum diminutione

xix. Quod Beatus *Olaus* in bello martyr occubuit.
xx. De diverſitate ſupputationis annorum ab initio mundi.
xxi. De *Magno*, filio Beati *Olaui*.
xxii. De Compoſitione pacis inter *Magnum* & Regem *Daciæ*.
xxiii. De Pacto, quod factum eſt inter *Karolum* Magnum & fratrem ſuum.
xxiv. Quod idem *Magnus*, *Danorum* Rex effectus, bellum habuerit cum *Wandalis*.
xxv. De reditu *Haraldi Hardrander* de *Græcia*.
xxvi. Invectio Auctoris in ambitioſos, & qualiter *Coſdroë* vitam finierit.
xxvii. Quod Rex *Magnus*, regnum *Norwagiæ* diviſit cum patruo, & de obitu ejuſdem.
xxviii. Quod idem *Haraldus* expeditionem in *Angliam* ducens, in bello victus occubuit
xxix. De *Olauo*, filio ejus.
xxx. De *Magno Berfort*, & mentio de præſagiis, quæ præceſſerunt mortem *Karoli*.
xxxi. De geſtis ejuſdem *Magni*.
xxxii. De Morte ejuſdem *Magni*, & de filiis ejus.
xxxiii. De Rege *Siwardo*, & geſtis ejus.
xxxiv. De *Haraldo* Hybernienſi.

Expliciunt Capitula.

Incipit hiſtoria ejuſdem De Antiquitate Regum Norwagienſium.

Cap. I. *De Haraldo Pulchre-comato.*

Haraldi regnum.

(*Arngrimus* hunc *Haraldum* facit tertium Monarchiæ *Norwegicæ* inſtauratorem. p.3.)

(b) *Arngrimus* mortuum ait A 932. p. 103. l. 1. c. 10.

Iſlandi diligentiſſimi in rebus patriæ inveſtigandis.

ANno ab Incarnatione Domini milleſimo quinquageſimo ſecundo, regnavit (a) *Haraldus Pulchrè-comatus*, filius *Halfdan Nigri*. Hic primum expulit omnes Regulos, & ſolus obtinuit regnum totius *Norwagiæ* annis ſeptuaginta & defunctus (b) eſt.

Hunc numerum annorum Domini, inveſtigatum, prout diligentiſſimè potuimus, ab illis, quos nos vulgato nomine *Iſlendingos* vocamus, in hoc loco poſuimus: quos conſtat ſine ulla dubitatione præ omnibus Aquilonaribus populis in hujusmodi ſemper & peritiores & curioſiores extitiſſe. Sed quia valde difficile eſt in hiſce, ad liquidum veritatem comprehendere, maximè ubi nulla opitulatur ſcriptorum auctoritas, iſtum numerum nullo modo volumus præjudicare certiori, ſi reperiri valet, conſiderantes illud Apoſtoli ad Timotheum: *Genealogias & infinitas quæſtiones devita.* Et alibi: *Si quis contentioſus eſt, nos hujusmodi conſuetudinem non habemus.*

CAP. II.

De Erico, filio ejus.

HARALDO ſucceſſit filius ejus, ERICUS nomine: qui ex eo quod fratres occidit, cognomen traxit *Fratrum interfector*. Prædictus verò *Haraldus* miſerat unum ex filiis ſuis *Halſtano*, Regi Anglorum, *Hocon* nomine, ut nutriretur & diſceret morem gentis: quem *Norwagienſes* revocaverunt propter crudelitatem fratris, & præcipuè uxoris ejus *Gunnildar*, & conſtituerunt ſibi regem. Ipſe verò *Ericus* ad *Angliam* navigavit, & à Rege honorificè ſuſceptus, ibidem diem obiit. Iſte annis tribus regnavit, quorum duos ſolus, tertium cum fratre.

Ericus, Haraldi fil., fratrum interfector.

(Hic *Halſtanus* obiit Ao. 942. cum regnaſſet annos 16. tempore *Othonis* I.)

Erico abdicato, filius *Hocon* ſurrogatur in regnum *Norvag*.

CAP. III.

De Inventoribus Iſlandiæ.

REgno *Haraldi* nono, velut quidam putant, decimo, navigaverunt mercatores quidam ad inſulas, quas nos *Pharias* vocamus, ibique tempeſtate correpti multum diuque fatigati per Oceanum tandem appulſi ſunt ad quandam terram valde remotam, quam quidam arbitrantur eſſe *Thule* *inſu-

Iſlandia, quando inventa. ſit *Pharia* inſulæ: *(*Pharias* Inſulas: *Arngrimus Ionas* lib. 1. Rer. *Iſland*. c. 1. vocat inſu-

las *Farenſes*, ab ovium multitudine, *Fareyar* vulgo appellatas: & primum earum inventorem vocat *Naddocum*, piratam, qui nomen huic inſulæ indiderit *Snælandiæ*, i. e. terræ Nivoſæ. Vid. de his diſſertatio *Theod. Thorlacii* Hola-Iſlandi, de *Iſlandia*. §. 22.) * Hanc opinionem refutat *Angrimus Ionas* lib. 1. c. 1. De *Rebus Iſlandorum*. cum *Angrimo* faciunt *Appianus, Ortelius, Maginus Friſius* &c. credunt eſſe *Thulen*, *Olaus Magnus*, *Stephanus*; *Bodinus*; *Caſaubonus*, *Cluverius*, *Pontanus*: *Thorlacius* in *Iſland*. §. 8. 9. ſeq.) *Thule* inſ.

* inſulam. Sed nos, quia neſcimus rei veritatem, nec affirmamus nec negamus. Adſcendentes itaque de navi & circumquaque vagantes ſed & montana conſcendentes, nihil penitus repererunt humanæ habitationis. Reverſi igitur in *Norwagiam*, nunciaverunt, terram, quam invenerant, multumque laudantes, plures animaverunt ad quærendum. Inter quos tum præcipuè vir quidam nobilis *Ingulfus* nomine, de provincia quæ dicitur *Horchaland*, navem paravit, ſocerumque *ſuum ſibi *Hiorlerfum* nomine, eum multis aliis, aſſociavit, prædictam terram quæſivit, invenit, & cum ſuis inhabitare cœpit, anno pene decimo regni *Haraldi*, & tunc primum illa terra inhabitari cœpit, quam modò *Iſlandiam* vocamus, præter quod pauciſſimi ex *Hibernia* inſula, id eſt, *Britannia* minori, ibi creduntur antiquitus fuiſſe ex quibuſdam indiciis, repertis videlicet libris eorum & nonnullis * utenſilibus. Præceſſerant duo quidam tamen in tali negotio prædictum *Ingulfum*, quorum primus vocabatur *Garthar*, & ab illo imprimis terra cognominata fuit *Gartharſ-holmr*: Alter verò *Floke* dictus eſt. Sed de hac re iſta ſufficiant.

(*Angrimus* id accidiſſe ſcribit Ao 870. & Ao 874. *Inſulam* ab *Ingulfo* incoli cœptam.)

Horchaland.

(*Angrimus ſobrinum* vocat. d. l.)

Hiorlerfus cum *Ingulfo*, navigat in *Iſlandiam*.

Cap. IIII.

De Hocone & Haraldo Grafeldr.

Hocon nutricius *Halſtani*, filius *Haraldi*, regnavit annis viginti quinque. Hic fuit adſpectu pulcher, viribus corporis robuſtus, animi virtute præſtans, omni populo gratiſſimus. Hic regnavit in pace, annis decem & novem. Poſt hoc, inſurrexerunt contra eum filii fratris ejus *Erici*, ut ait *Lucanus*, *pugna eſt* * *de paupere regno*. Et in alio loco idem: * *omniſque poteſtas Impatiens conſortis erit.*

Duravitque bellum iſtud inter ipſos annis quinque: ad ultimum vero in Inſula, quæ vocatur *Storch*, eo loco, qui dicitur *Fruar*, bellum inter ſe geſſerunt: in quo quidem primo congreſſu *Hocon* ſuperior factus, cum inſequeretur inimicos, ſagitta percuſſus eſt ex improviſo, quod quidam imputant malitiæ *Gunnildar*, quæ fuerat uxor fratris ejus *Erici*. Illo itaque taliter extincto, ſucceſſit in regnum cum fratribus ſuis *Haraldus Grafeldr*, qui cum uteretur conſiliis crudeliſſimæ matris ſuæ, gentem *Norwagicam* annis duodecim vehementer afflixit. Poſtea occiſus eſt in **Dacia* ab *Haraldo* quodam, filio fratris Regis *Daniæ*, qui Rex fuit ejuſdem nominis & filius *Gormis*, & poſtea Chriſtianus effectus eſt idem **Haraldus* primus omnium Regum *Daciæ*. Occiſus eſt autem *Haraldus* *Gra-*

Hocon ſive *Hacon*, rex Norv. à fratris *Erici* filiis, bello petitur.

Sunt verba *Statii* lib. 1. Theb. v. 151.)

(Hæc *Lucani* ſunt lib. 1. *Pharſal.* v. 92.)

Storch inſula.

Hocon, Rex Norv. ſagitta percuſſus, moritur.

Haraldus Grafeldr Erici f. fit rex Norv.

*(Sic dicta olim *Dania*, ut oſtendit CL. *Meurſius* ad *Ælnetum*.)

In *Dania* occiditur.)

(cap. v. *Haraldus Gormis* fit primus Rex Chriſtianus in *Dania*.

Haraldus Giorms fil. primus Rex Chriſtianus in Dania.

Grafeldr, conſilio prædicti Regis *Daciæ*, qui eum nutrierat, inſtigante & prodente *Hacone* Comite, filio *Sigwardi*, qui cognominatus eſt *Malus*; quem poſt interfectionem *Tryggya*, patris *Olauui*, idem *Haraldus Grafeldr*, unà cum matre & fratribus, multis malis afflixerat, & ad quærendum puerulum *Olauum* coëgerat: Qui poſt interfectionem patris ſui *Tryggya*, vix unquam tutò latere poterat, propter inſidias *Gunnildar*, quæ verebatur illum ſucceſſorem regni filiorum ſuorum. *Tryggya* quippe, pater ejus de ſtirpe regia, utpote filius *Olauui*, *filii Haraldi Bene-comati*, regnum obtinuerat in ſuperiore provincia, quam *Norwagienſes Vplond* vocant.

Haraldus Pulchrecom.
I
Olavus,
I
Tryggo.
I
Olavus.
Vid. cap. XIII.

CAP. V.
De Hacone Malo.

Hacon, fil. Sigwardi regnum Norv. obtinet 30 an. ſine tamen nomine Regio. XX accipitres, tributi nomine Reg. Dan. dati. Alii tribuunt id Swenoni, filio Haraldi. vid. Cluver. p. 534. Helmold.

HAcon verò prædictus, adjutus à Rege *Danorum Haraldo* ſupra memorato, pacto inter eos conſtituto hujuſmodi, viginti videlicet accipitres perſolvendos ſingulis annis, & ſi fortè aliqua bellorum neceſſitas ingruerit Regi *Danorum*, iſtum ſtatim cum ſuo exercitu auxiliaturum, rediit in *Norwagiam* cum manu valida fugatoque *Gothroth*, filio *Gunnildæ*, ſolus obtinuit regnum *Norwagiæ*, annis triginta, ſine tamen regio nomine. *Haraldus*, Rex *Daniæ*, tunc temporis timebat valde *Ottonem*, Chriſtianiſſimum

mum Imperatorem, qui ei ſuave jugum Chriſti imponere diſponebat, quod & fecit. * Iſte eſt *Otto*, vir probiſſimus & in præclariſſimis viris præſtantiſſimus, qui Eccleſiam omnemque clerum plus honorabat: & penè plus ditabat, quàm expediret, ſubdendo ei *Pheodatos*, (*feudatos*, ſeu *vaſallos*) duces & comites. Nam *ex opulentia nata poſtea eſt inſolentia*, ut uſque hodieque eſt cernere. Unde & illi, ut in Romana hiſtoria reperitur, ab Angelo eſt dictum, *Venenum abdidiſti Eccleſia*. Quod quam veraciter ſit dictum, quotidiana, proh dolor, probant exempla, jugeſque diſcordiæ inter Duces & Pontifices: quia aliud eſt improbitatem malorum ſeculari poteſtate & gladio arcere, aliud cura & virga paſtorali animas regere. Iſte *Otto*, cognomine *Rufus*, filius fuit *Ottonis*, qui dictus eſt *Pius*, de optimo parente melior proles. Sed ad noſtra redeamus.

l. 1. c. 9. id tribuit *Otthoni* I. Imp.

*Saxo lib. 10. p. 165.

Haraldus, Rex Dan. Chriſtianus factus.

Ex opulentia inſolentia.

Fabric Saxon. L. 1. *Ottho* II. Imp. primam expeditionem in *Daniam* ſuſcepit. A. 974. & ſequenti anno cum *Haraldo* Rege Daniæ omnẽ rem de finibus, & de jure veteri, quo Reges Dan. Impp obligati, tranſigit.) (Alii tribuunt id donationi *Conſtantini*, Sylveſtro Pontifici factæ. Vide *Iohan Marium* de Differſchiſmatum fol. 35. *Wolf.* in Centenario IIII. Ao 320. *ex Mallıolo* de Nobilitate.) (Fabric. lib. 1. *Sax.* Ao. 983. cauſam cognominis affert. Sed *Sigonius* p. 18. illum dictum eſſe *Sanguinarium* ait ab occiſis in convivio ſeditioſis.

Cap. VI.

De necè Gunnildæ, per dolum Haconis.

Reverſo itaque *Hacone* in *Norwagiam*, diverſis inter ſe conflictationibus & inſidiis agebant ipſe & *Gunnilda*, quia nulli eorum deerat ſatis ingenioſa malignitas. Ipſa

Haconis & *Gunnildæ* diſſidia.

quaſi

quaſi ſimulando fugam cedebat ſemper: iſte inſequebatur. Inter hæc regio vaſtabatur & plebs univerſa magnis incommodis afficiebatur. Tandem igitur *Hocon* commentatus eſt hujuſmodi dolum. Mittit ad Regem *Daciæ*, ſibi tunc amiciſſimum, quia adhuc paganum, rogat ut mittat literas ad *Gunnildam* occultè, petatque ſibi eam in matrimonium: aſſerat felicem fore *Daciam* tali regina. Nec illi animo appetendas juvenum nuptias: ſe quoq; jam provectæ eſſe ætatis, optimè eos poſſe convenire. Suſcepit itaque mulier regias literas, oppidoque læta, & muliebri levitate nimis credula, ad *Daniam* tendit: quam Rex mox comprehendi, & in quandam paludem demergi fecit. Et hic fuit finis ſcelerum & maleficiorum *Gunnildar*. Confirmatus igitur *Hacon* in regno, cœpit dæmonum eſſe præcipuus ſervus, & frequentibus ſacrificiis illos in auxilium aſſciſcere. Decimo poſt hinc anno, ſolvit pactum, quod cum *Haraldo* Rege pepigerat: nactus occaſionem diſceſſionis eo, quod *Otto*, Chriſtianiſſimus Imperator, vehementer inſtabat Regi *Danorum*, ut eum Chriſto cum tota patria ſubderet: quod & tunc, auxiliante eodem Salvatore, efficaciter complevit.

Gunilda fraude circumventâ.

Palude mergitur.

Hacon, dæmonum cultor:

Solvit pactum, cum *Danorum* R. *Haraldo*.

Cap. VII.

De doloſa ejuſdem factione contra Olauum, filium Tryggyi.

ANno viceſimo nono deinde regni ſui, comperto quod *Olauus*, filius *Tryggya*, eſſet in *Anglia*, adoleſcens bonæ indolis, qui reverſus à *Ruſcia* partibus, verum nutritus & adjutus à *Waldemaro* Rege * fuerat, cum piraticam exerceret in *Daciam*, egreſſus de navibus, interceptus eſt ab hoſtibus, ne ad eaſdem redire poſſet. Compulſus igitur hac neceſſitate divinum invocare auxilium, vovit ſe Chriſtianum fore, ſi de inſtanti eriperetur periculo. Liberatus ergo divinitus, receptiſque navibus, abiit in *Hiberniam*, inde profectus eſt in * *Sullingas* inſulas, quæ adjacent *Britanniæ* majori, ibique * baptizatus eſt cum omnibus ſuis à viro venerabili *Bernardo* Abbate. Inde perrexit in *Angliam*, ubi & moratus eſt aliquot annis, mutato tamen nomine dictus eſt *Ole*, eò quòd nollet palam fieri, quiſnam eſſet. *Hocon* ergo ut cognovit, eum pro certo ibidem morari, modis omnibus intendit animum, ut eum vita privaret, eò quod penè ſolum timeret ſibi ſuiſque heredibus. Et quia totus erat fraudulentus, multum diuque ſecum deliberans, quidnam facto opus eſſet, poſtremò vocavit ad ſe avunculos ſcilicet Olaui, fratres videlicet matris ejus *Aſtrithar*, *Iſtoem*

&

Hocon, inſidias ſtruit *Olavo*, filio *Tryggonis*.

Olavus fil. Tr. à Rege Waldemaro educatus.

(* Quis ille ſit *Waldemarus*, haut conſtat.)

Abit in *Hiberniam*, & ibi

(* *Cambden* p. 714.)

(* Vide *Iohan Magnum Gothum* lib. 17. hiſtor. *Gothor.* c. 17.)

Fit Chriſtianus.

Proficiſcitur in *Angliam*.

Cui inſidiæ ſtruuntur ab *Hocone*.

& *Karls hofoth*, interminatuſque eſt eis mortem, niſi juſſis obedirent. Miſit ergo eos in *Angliam* cum quodam antiquo * *traditore*, nomine *Thorer Klakka*, qui prius aliquandiu moratus fuerat cum *Olauo*. Illi verò non auſi reluctari ejus imperio, promiſerunt, ſe quidem ituros, ſed nullo alio pacto, niſi patefacerent traditionem & conſilium comitis, ſaltem cum *Olauus* veniret infra *Agthanes* ad locum qui dicitur *Thialſabellir*. *Hacon* verò parvipendens, & confidens ſolitis artibus, & quaſi *Olauum* in manibus haberet, ſi illuc uſque ignarus *traditionis* * acceſſiſſet, ſcienſque pro certo, *Olauum* nemini crediturum, niſi illis, annuit eis quod petebant. Juſſit ergo eis, nunciare *Olauo* obitum ſuum, totam terram ejus præſtolari adventum, properare eum debere, ne quid novi interveniret.

* *Traditor*, i. e. *proditor*: invenitur etiam apud *Arnoldum* in vita *Henrici Leonis*. vid. Helmold. Bonus l b III. cap. x. fol. 254. *traditus* à ductore viæ: i. e. proditu (* i. e. proditionis)

CAP. VIII.

Quod Olauus repatrians, aſſumpſit ſecum Epiſcopum quendam, & alios religioſos viros, ad prædicandum verbum Dei Norwagienſibus.

Olavus reditum parat in Norvagiam.

Comites ejus, viri religioſi, & ſacerdotes

OLauus, auditis his nuntiis, credidit eis, utpote avunculis ſuis: accelerato negotio paratiſque navibus, ſumpſit ſecum viros religioſos, *Siguuardum* videlicet Epiſcopum, qui ad hoc ipſum ordinatus fuerat,

ut

ut gentibus prædicaret verbum Dei, & nonnullos alios, quos habere ſecum poterat, *Theobrandum* preſbyterum Flandrenſem, nec non & alium *Thermanem*, preſbyterum etiam; habuit & Diaconos aliquos. Jam enim vir ille bonus præmeditatus, ſe modis omnibus laboraturum, ut Chriſto totam terram ſubjugaret, vel omnimodo Paganis non imperaret, ſecutus in hoc *Jovianum* prudentiſſimum virum, qui cum Romano exercitu apud *Perſas* in maximo periculo conſtituto, à militibus peteretur ad imperium, incunctanter reſpondit; *nullo modo ſe paganis imperare velle*. *Julianus* verò Chriſti perfuga, & ex ſubdiacono atque Chriſtiano, infeliciſſimus Apoſtata & perſecutor nominis Chriſtiani, qui & in eadem expeditione Parthica, ut teſtatur Beatus *Hieronymus*, ſeptem libros contra Chriſtum evomuit. Hic Julianus ſeductus à malignis ſpiritibus, qui ei pro certo victoriam in eadem pugna promiſerant, quibus ipſe pene cotidie, non ſolum bruta animalia, verum quod illis multò acceptius eſt, corpus & animam ſuam immolabat, accendi fecerat omnes naves, quibus illuc advectus fuerat, ut ablata ſpe revertendi, corda militum ad pugnam animaret. Sed reddidit Dominus in capite blaſphemi malitiam ſuam. Nam in eadẽ pugna divinitus percuſſus, neſcitur à quo, manum ſuppoſuit vulneri, cum ſanguis efflueret, ſparſitque in aëra cum hujuſmodi blaſphemia-

Chriſtiani.

Conſilium, de *Norvagis* ad Christum convertendis.

Sivon. lib. 7. de occident. Imperio.

Comparatio cum *Joviano*.

phemia, *Viciſti*, inquit, *Galilæe*. Dominum enim noſtrum ſic ſolebat appellare: Et ita in verbo balſphemiæ, tranſivit de morte temporali in perpetuam. Exercitus igitur, ut diximus, Romanorum, in maxima neceſſitate conſtitutus, levaverunt prædictum *Jovinianum* virum Chriſtianiſſimum Imperatorem, ornatum moribus optimis, promittentes, ſe uno animo Chriſtianos fore: nam *Julianus* multos à vera fide averterat. Suſcepto itaque *Jovinianus* Imperio cum ſumma induſtria exercitum abduxit, conſtituto pacto cum Perſis, prout in tali neceſſitate valuit. Ipſe proh dolor! nimis matura morte obiit. nam non dimidio anno imperavit. Sed revertamur ad noſtra.

Hæc de morte Juliani tradunt *Sozomenus*, lib. 6. c. 2. *Nicephorus Calliſt.* lib 10. c. 34. *Gregorius Nazianz.* Epiſc. in Julian. orat. 2. *Amphilochius* in vita Baſilii Magni Archiep. *Chryſoſtomus* de Babyla martyre. *Auguſtinus* de civitate Dei. 4. c. 29. Sed alia longe diverſa *Ammianus* lib. 25.

CAP. VI.

Quod ejus inſtantia, Comes Orcadum factus eſt Chriſtianus, cum omni populo ſuo.

Orcades, Regi *Norwag.* ſubjectæ.

Siguardus, *Orcadum* Comes ad Chriſtianiſmum compulſus.

O*Lauus* noſter diſcedens ex Anglia, recto curſu tetendit ad *Orcadas* inſulas: & quia ipſæ ſubjectæ ſunt Regi *Norwagienſi*, convenit *Siguuardum* Comitem, ut Chriſtianus fieret, qui tunc eiſdem inſulis præerat. Cumque ille diſſimularet & obloqueretur, *Olauus* eò magis inſtabat. At ille promiſit ſe quidem ei fore ſubjectum ut Regi, ſi eum ad Chriſtianiſmum non cogeret. Cumque diu reluctaretur, fertur quod *Olauus* rapuerit filium ejus de loco, ubi nutriebatur, pue-

pucrulum annorum trium, *Thorſin* nomine, conteſtans, ſe eum immolaturum in conſpectu patris, inſuper & juges intentans inimicitias, niſi aſſenſum præbeat. Comes verò juxta illud, quod ſcriptum eſt: *Imple facies eorum ignominia, quærent nomen tuum Domine*, veritus utrumque & juſtiſſimam *Olaui* iram, & filii interitum, credendo, vel potius conſentiendo, baptizatus eſt, cum omni populo ſibi ſubjecto. Qui poſtea tamen in fide confirmatus, fidelis permanſit, & omnes ejus ſucceſſores. Pſal. 82

CAP. X.

Quod oſtenſæ ſunt Olauo inſidiæ & fraudes Haconis.

OLaus dehinc acceleravit iter ſuum in Norwagiam, primumque applicuit ad inſulam, quæ dicitur *Moſter*, ubi & poſtea Eccleſiam ædificavit, quæ prima omnium in *Norwagia* conſtructa eſt. Poſt hæc, cum veniſſet infra *Agthanes* ad locum qui dicitur *Thialfahellir*, ibi moratus eſt nocte una, quamvis penè nullus ſit portus, ignarus adhuc fraudis & inſidiarum *Haconar*. In eadem nocte acceſſerunt ad eum prædicti avunculi ejus diſcooperientes * traditionem *Haconar*: utpote jam liberati à juramento, quod *Haconi* juraverant: rogant obnixè, ut maturè ſibi & ipſis, nec non & toti patriæ, provideat

Circa annum 996 *Angrimi.p.*103.

Prima, in Inſulis *Norvag.* Eccleſia, ædificata ab *Olavo*.

Olavo, inſidiæ *Haconis* deteguntur.

(*aperientes) c. 7

deat. Ille verò turbatus, ut aſſolet, in tali negotio, omnipotenti Deo totam ſuam commiſit cauſam, ut quod ille ei inſpiraverat, ipſo auxiliante perficere valeret. Ibi tunc ille antiquus (proditor.) *traditor Thorer Klakka*, qui ad eum decipiendum ierat in *Angliam*, interfectus eſt. Mox ergo divinitus adjutus, in craſtinum profectus eſt in locum, qui dicitur *Nidroſienſis*, (Nidroſia.) ubi tunc quidem paucula domus diverſorum negotiatorum habebantur, nunc caput eſt totius regni, non ſolum Metropolitana ſede, verùm etiam reliquiis beatiſſimi *Olavi* Martyris, honorabiliter ſublimata civitas. Ibi ad eum confluxit multitudo populi. Poſt hæc in regem levatus, mox *Haconem* inſequitur. (*Olaus*, *Truggonis* fil. Rex *Norv.* ſalutatur.) Ille verò derelictus à ſuis, & in ſola fuga ſpem ponens, devenit in quendam viculum *Rimul* nomine, ibique cum ſolo ſervo ſuo *Barke* nomine, à concubina ſua *Thora* * in hara porcorum abſconſus, cum ſopor, ut ſolet, ex triſtitia obrepſiſſet, confoſſus in gutture ab eodem ſervo, interiit: quem tamen poſtea ſervum, caput domini ſui afferentem, pro præmio & ſcelere in dominum perpetrato, Rex laqueo necari juſſit. (*Hacon* in hara à ſervo ſuo interficitur.)

CAP. XI.

CAP. XI.

De Conſtantia ejuſdem in verbo Dei.

POſt hæc, intendit animum Rex, totis viribus cælitus adjutus, exterminare Idololatriam & Dæmonum cultum à tota patria, impiger cultor vineæ Domini ſui. Inſtat precibus & prædicationibus, addens aliquando minas & terrores. Cernens namque effera corda Barbarorum, ut à veterno & ſqualore perfidiæ, & quodammodo congenita cultura Dæmonum, quam pene cum lacte matris ebiberant, niſi in manu valida non poſſe liberari, & quia minus movebantur ad verba; addidit frequenter & verbera, imitatus Dominum ſuum, qui vulneribus ſauciati, infudit oleum & vinum, nec non & illud Euangelicum: *Compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Eſt locus qui dicitur *Marin*, in *Nidroſienſi* diœceſi, ubi, ut fertur, dabantur reſponſa à Dæmonibus. Illuc & *Hacon* congregaverat multitudinem Idolorum. Illuc ergo Rex adveniens, invitavit ad ſe omnes illos, qui arctiori vinculo diabolicarum falſitatum irretiti fuerant, & vulgari locutione dicuntur, *Seithmen*, & quia illos perſpexit inſanabiles, ne novellæ plantationi nocerent, collectos in domum dæmonibus dedicatam, unà cum ſimulachris igni cremari juſſit: quorum fuiſſe ferunt numerum octoginta, promiſcui ſexus.

Dæmonum cultus exterminatur ex *Norvagia*, ab *Olao R.*

Seitmanni, ſeu idololatræ, cremantur ab *Olavo*, in *Nidroſienſi* diœceſi.

CAP. XII.

deat. Ille verò turbatus, ut aſſolet, in tali negotio, omnipotenti Deo totam ſuam commiſit causam, ut quod ille ei inſpiraverat, ipſo auxiliante perficere valeret. Ibi tunc ille antiquus (proditor.) *traditor Thorer Klakka*, qui ad eum decipiendum ierat in *Angliam*, interfectus eſt. Mor ergo divinitus adjutus, in craſtinum profectus eſt in locum, qui dicitur *Nidroſienſis* ubi tunc quidem paucula domus diverſorum negotiatorum habebantur, nunc caput e totius regni, non ſolum Metropolitana ſede verùm etiam reliquiis beatiſſimi *Olavi* Martyris, honorabiliter ſublimata civitas. I ad eum confluxit multitudo populi. Poſt ha in regem levatus, mox *Haconem* inſequitu Ille verò derelictus à ſuis, & in ſola fuga ſpe ponens, devenit in quendam viculum *Rin* nomine, ibique cum ſolo ſervo ſuo *Ba* nomine, à concubina ſua *Thora* * in hara po corum abſconſus, cum ſopor, ut ſolet, triſtitia obrepſiſſet, confoſſus in gutture eodem ſervo, interiit: quem tamen poſ ſervum, caput domini ſui afferentem, præmio & ſcelere in dominum perpetra Rex laqueo necari juſſit.

Nidroſia.

Olaus, *Truggonis* fil. Rex *Norv.* ſalutatur.

Hacon in hara à ſervo ſuo interficitur.

CAP.

DE REGIBUS [illegible]

C [illegible]

De Conſtantia [illegible]

[illegible]

CAP. XII.

Quod Hyſlandia, fidem Chriſti recepit, per ejus inſtantiam.

ANno deinde tranſacto, miſit Rex * *Theobrandum* Presbyterum in *Iſlandiam*, prædicare verbum Dei, quam nos ſuperius diximus quibuſdam æſtimari *Tyle* inſulam, propter quaſdam ſimilitudines, maximéque, quia continuatur dies circa ſolſtitium æſtivale, & identidem circa brumale. Qui cum illuc veniſſet, cœpit illis prædicare Chriſtum. Multumque inſtans, vix biennio potuit pauciſſimos convertere, propter duritiam nativam & crudelia ingenia. Inter illos tamen, qui jugum Chriſti ſuſceperunt, fuerunt iſti præcipui: *Haller de Sithu*, cum tota familia ſua: & *Gitzor de Scalabolti*: hic fuit pater *Iſleifs* Epiſcopi, qui primum in illa terra Pontificalem ſedem conſtituit, in Eccleſia, quam ipſe ædificavit, & Beato Petro Apoſtolo dedicavit, conferens illuc totam hereditatem ſuam: Tertius, fuit *Hialte de Thiouſarvale*: Quartus verò, *Thorgils de Aulfuſi*. *Theobrando* autem revertenti ad Regem, ſecuti ſunt eum duo ex prædictis viris *Gitzor* videlicet & alius *Hialte*. *Theobrandus* verò veniens ad Regem increpatus eſt ab eo, pro minus peracto negotio. Miſit igitur Rex ſequenti æſtate

Primi in *Iſlandia* ad CHR. converſi.

*(*Crantz.* Præfat. in *Noruegiam.*)

Ao. 1056. *Iſleifus* primus *Iſlandiæ* Epiſcopus. (Arngrimus *Eryſſemum* vocat p. 105.)

Thermo Presbyter in *Iſlandiam* miſſus.

Ther-

Thermonem Presbyterum, quem illi materna lingua *Pormod'* appellabant. Ierunt cum illo & duo prædicti viri, promittentes Regi, ſe totis viribus Chriſti Evangelio collaboraturos. Hujus Presbyteri prædicationem, tam efficax gratia Sancti Spiritus comitata eſt, ut totam illam barbariem in brevi ad Chriſtum converteret. Nam cum ipſi intraſſent terram, tunc ibi celebrabatur publicus conventus, quem illi *Ald'ing* vocant. Cernens igitur multitudo Paganorum, illos advenisſe, occurrit plebs univerſa ad arma, volentes eos unanimiter vita privare. Sed ita ſunt divinitus coërciti, ut minima manu Chriſtianorum eis obſiſtente, nec poſſent nec auderent quicquam eis adverſi inferre. Hæc de his dicta ſufficiant. Totam inſulam ad CHR. convertit.

CAP. XIII.

Opinio quorundam, de Baptiſmo Beati Olaui, martyris, filii Haraldi.

REX igitur *Olauus*, ut facilius totam Chriſto ſubjugaret regionem, *Norvag.* tres ſorores ſuas principibus conjunxit viris, unam *Erlingi*, filio *Scialgs Aſtritham* nomine; alteram *Porgeiri*, potenti viro de *Vuic*, qui poſtea concremavit *God'rod'* in quadam domo, filium *Gunnildar* Olavi Regis, cum Principibus Norvag. affinitas.

dar, cum ille vellet invadere regnum contra *Olauum*; tertiam, *Hyrringi* fratri ejuſdem: Cumque omnes baptizari feciſſet, curſum tetendit ad ſuperiora, ſcilicet *Uplond.* Ibique tunc puerulum *Olavum* trium annorum, qui poſtea devotus Chriſti martyr factus eſt, invenit unà cum matre *Aſta*, patre jam defuncto *Haraldo*. [Hic fuit filius *Gotd'rotd'ar Syr*, qui extitit Pater *Bernbardo*, qui cognominatus eſt *Mercator*, & fuit filius *Haraldi Benecomati*,] felicem ſpem & decus Norwagienſium futurum. Tunc & eum unà cum matre ibidem, ſecundum quoſdam, baptizari fecit. Alii contendunt, eum in *Anglia* baptizatum. Sed & ego legi in Hiſtoria *Normannorum*, quod à *Roberto* in *Normandia Rothomagenſi* Metropolitano baptizatus fuerit. Conſtat enim quod *Willelmus*, Dux *Normanniæ*, adſciverit eum ſibi in auxilium contra *Robertum*, * Regem Franciæ, cognomento *Capet*, qui fuit filius *Hugonis Capet.*, nobiliſſimi Ducis: qui Duci *Willelmo* unà cum comite Flandrenſi bellum inferre parabant. Nitebatur enim eum expellere à *Normannia*, eò quod Anteceſſores ejus vi extorſerant provinciam à Rege *Francorum*. Sed ſive *Rothomagi*, ſive in *Anglia* baptizatus fuerit, tunc conſtat eum fuiſſe provectioris ætatis, quando martyrio coronatus eſt, quemadmodum illi dicunt,

(Vid. cap. IV. in fine.) *Olavus* martyr, filius *Haraldi*.

De baptiſmo hujus, dubium.

*(*Hic Robertus* Rex obiit An. 1030. cum regnaſſet annos 24. *teſt. Ganguino*, p. 78.)

dicunt, quibus maximè in hujuſmodi credendum eſt. Nec mirum de *Olavo* hoc contigiſſe in illa terra, ubi nullus antiquitatum unquam ſcriptor fuerit: Cum idem ſcribat Beatus *Hieronymus* de *Conſtantino Magno*, filio *Conſtantii* & *Helenæ*: quod quidam dicant, eum *Bithyniæ* † baptizatum fuiſſe in ultima ſenectute, alii *Conſtantinopoli*: quidam *Romæ* ‡ à Beato *Sylveſtro* Papa, & adhuc ſub judice lis eſt, quis verius ſcripſerit.

† (Intellige *Nicomedia*, quæ eſt urbs *Bithyniæ*, quod affirmat *Euſebius Pamphili* Epiſcopus in vita *Conſtant.* lib. 4. c. 61. 62. quem *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoritus*, *Evagrius* ſequuntur, *Sigonius* lib. 4. de Occidentali Imperio.)

‡ (*Baron.* Annal. An. Chriſti 324.)

CAP. XIV.

De Morte Olaui, filii Tryggya.

QVinto igitur anno regni *Olaui*, filii *Tryggya*, qui & ultimus fuit, intulerunt ei bellum *Sueno*, Rex *Daciæ*; *Olanus*, Rex *Suethiæ*; *Ericus*, filius *Hacon* mali, & eum proh dolor! nimis imparatum invenerunt. Nam cum undecim tantum navibus dicitur fuiſſe congreſſus cum ſeptuaginta. Tandem cum ſibi invicem ſuccedendo & ſemper integros pro ſauciis reſtituendo, non tam victus eſt exercitus regis noſtri, quàm comſumptus. Nec adverſarii tamen incruentam victoriam reportaverunt: nam ſtrenuiſſimus quiſque aut in bello ceciderat, aut graviter vulneratus diſceſſerat. Ibi tunc quidam dicunt, Regem ſcapha

Olaus, Tryg. fil. Regi *Norv.* bellum infertur à Regg. *Daniæ* & *Sueciæ*.

Qui victus, interiit.

(*Arngrimus* pag. 105.)

ſcapha evaſiſſe, & ob ſalutem animæ ſuæ exteras regiones adiſſe: quidam verò loricatum in mare corruiſſe. *Quid horum verius ſit, nos affirmare non audemus: hoc tantum credere volumus, quod perpetua pace cum Chriſto fruatur. Hoc bellum fuit juxta inſulam, quæ dicitur *Suoln* & jacet prope *Slauiam*, quam nos materna lingua *Vumlandiam* vocamus. In eodem bello, *Ericus* vovit ſe Chriſtianum fore, ſi victoriam adipiſceretur: quod & opere implevit. Pactum verò inter ipſos ejuſmodi, Reges videlicet & *Ericum* conſtitutum fuerat, ut ſi poſſent *Olavo* regnum auferre, unuſquiſque tertia parte potiretur. Suſcepit igitur *Ericus* duas partes regni, ſuppreſſo tamen regio nomine, ſicut & pater ejus fecerat, eò quod Rex *Daciæ Sueino*, conceſſit illi partem ſuam, cauſa filiæ ſuæ, quam deſponſaverat ei. *Olaus* verò, Rex *Swithiæ*, commendavit partem ſuam *Sueinoni*, fratri *Erici*. Paucis deinde tranſactis annis, cœpit invidere fratri *Erico Sueino*, eò quòd ille duas haberet partes *Norwagiæ*, ipſe verò met tertiam tantum & illam commendatam. *Ericus* autem juſti tenax erga fratrem noluit fratricidio regnum fœdare, ſimulque conſiderans, vix eum de reliquo ſecum fraternè acturum, juxta illud *Lucani*:

(*Hoc aſſerit *Saxo* lib. x p. 173 *Johan Magnus* lib. 17. c. 18. *Cranzius* lib. 3. *Norweg.* c. 5.)

Victores, regnum *Norvag.* inter ſe partiuntur. Vide *Hennig. Genealog.* p. 222.)

Ericus & *Sueino* fratres filii Haconis mali, regnum *Norvag.* obtinent, ſine tamen regio nomine.

Lib. 1. v. 92.

Nul-

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit,

diſceſſit à patria navigavitque in *Angliam*, relicto filio ſuo *Hacon*, ſucceſſore regni. Hic *Ericus* præfuit annis quindecim cum fratre *Sueinone*, Chriſtianitatem nec minuit, nec dilatavit, permittens unumquemque in hac duntaxat parte vivere jure quo vellet. Qui dum ſibi pituitam feciſſet abſcidi, nimia effuſione ſanguinis vitam finivit. Poſt diſceſſum ejus à patria præfuerunt frater ejus & filius annis duobus.

Erico mortuo, ſuccedit filius *Hacon*.

(* Quid eſt, *pituitam* abſcindere? an per *pituitam* intelligit pelliculam, ex pituitæ defluxione oculorum tunicæ adnatam? cujus ſane detractio, non ſine vehementi ſæpe ſanguinis fit fluxione: an potius gurgulionis laxationem quæ itidem ex pituitæ defluxione oritur, & σταφύλη Græcis, Latinis *Uva* dicitur. de qua *Celſus* lib. VI. cap. XIV. XV. *Sennert.* lib. II. *Med. Pract.* parte I. cap. XX. *Abſcidere* pro *recidere*, probum & notum eſt.)

CAP XV.

De Reditu Beati Olavi, de Anglia in Norwagiam.

Olauus filius Haraldi, morabatur in *Anglia* eo tempore. Poſtea martyr Chriſti futurus, & ibi tunc reconciliavit *Adalredum* fratribus ſuis, & ut in Regem ſublimaretur obtinuit. Hunc *Adalredum* privavit poſtea regno *Kanutus*, Rex Daciæ, qui dictus eſt *Potens*, & ut perpetuo exularet coëgit. Fer-

Olaus, Haraldi fil. in *Anglia*, *Adalredum* R. fratribus reconciliat.

trimonium duxerit, *Bergbliot* nomine, *Einar Thambaſkelme*, viro ſtrenuiſſimo. Hic conſuluit ei fugam & quodammodo compulit, ut in *Ruſciam* pergeret, ubi & diem obiit.

CAP. XVI.

De fugâ Beati Olavi in Ruſciam.

Olaus, Rex *Norv.* Eccleſiæ curam agit.

TEmpore verò, quo *Ericus* præfuerat, multi quantum ad Chriſtianiſmum à vero exorbitaverant. Hos ergo ad viam reducere & ſalutis iter monſtrare, Eccleſias in quibus non erant locis, fundare, fundatas reditibus ditare Rex *Olaus* modis omnibus intendebat, & cooperator exiſtere viri optimi *Olavi* filii *Tryggya*, ut quod ille magnificè plantaverat, iſte ſagaciter, ut à Dei ſpiritu doctus, rigaret. Leges * patria lingua conſcribi fecit, juris & moderationis pleniſſimas, quæ hactenus à bonis omnibus & tenentur & venerantur. Juſti tenax ad omnes, neminem affligebat, neminem concutiebat, nullum damnabat, niſi fortè, quem propria malitia & obſtinatio in malo damnaſſet; &, ut breviter concludam, adhoc tantum * principabatur mortalibus, ut eos ad immortalitatis

*(*Saxo* lib. 10. p. 175) Leges patriæ promulgat. Juſtitiam exercet.

*(*Principari*: id eſt, imperare. ita & *Saxo Gr.* lib. IX. Sueciæ *principantem*, & ante hunc *Sidon. Apoll. Auguſtinus* de Civ. Dei, & recentiores alii.

talitatis gloriam, quantum in ſe eſſet, perduceret: quod & tunc ei evidenter rerum exitus probavit, & quotidie nihilominus beneficiis omnipotentis Dei, pro ejus, ut credimus, meritis collatis, ſatis ſuperque monſtratur. Duxit deinde Rex uxorem *Aſtrithi*, filiam *Olaui* Regis *Swechorum*, cum tamen antè primogenitam ejus ſibi deſponſaſſet: ſed interveniente ira patris, neuter optatis nuptiis perfrui potuit. Suſcepit ex ea filiam nomine † *Vlfildi*, quam poſtea conjunxit *Ottoni*, (Hennig. *Ortolphum* vocat) Duci Saxonum. Poſt hæc, Rex *Kanutus Daciæ* & *Angliæ*, homo avidus alieni, animadvertens quod pater ejus *Sueino* habuerit tertiam partem *Norwagiæ*, ſimulque conſiderans, filium ſororis ſuæ *Hacon*, tunc ſecum morantem, à patria expulſum, cœpit ſollicitare Principes *Norwagiæ* adverſus Regem, & clanculo pecunia corrumpere *Erlingum*, videlicet filium *Scialgs de Sola*, *Kalf* filium *Arna*, *Thore Hund*, & alios plures. Et quia *Erlingus* præcipuus erat illorum, collegit exercitum, & congreſſus eſt navali prælio cum Rege *Olauo*, ubi & ipſe occubuit. Et hoc fuit in loco, cujus nomen eſt *Tunga*. Invito tamen Rege, à quodam ſuo *parente*, *Aslac Fina Scalla*, occiſus eſt. Poſtea Rex, comperto, *Kanutum* Regem adeſſe, cum innumerabili exer-

Filiam *Olavi*, *Suec. R.* uxorem ducit. (*Joh. Mag.* lib. XVII. c. 23.)

† (*Hennig.* Geneal. p. 222.)

A. *Kanuto*, *Daniæ R.* bello appetitur.

A ſuis etiam: ex quibus Erlingus, Norv. princeps, victus perit.

Kanutus, R. Dan. cum ingenti claſſe con-

tra *Olaum* tendit. exercitu; nam mille ducentarum navium fertur claſſis ejus fuiſſe, cernenſque ſe imparem congreſſioni relictis navibus abiit ad *generum* (leg. Socerum) ſuum *Olaum*. Regem *Suethiæ*. Inde profectus eſt in *Ruſſiam*, ad *Wirtzlaum* * Regem, qui duxerat *Ingigerthi*, quam ipſe, ut paulò antè dixi, deſponſaverat & habere nequiverat. Moratus eſt ibi anno uno, honorificè & officioſiſſimè à Rege *Wirtzlauo* ſuſceptus, cujus etiam tutelæ commiſit filium ſuum *Magnum*, puerum quinque annorum, quem ex concubina ſuſceperat. Interea *Kanutus* Rex allexit ſibi omnes *Norwagiæ* principes, multa dando & plura promittendo, ſi fidem ſervarent nepoti ſuo *Haconi*, quem ſecum adduxerat, acceptiſque obſidibus ab illis, quibus minus credendum putaret, reverſus eſt in *Angliam*. Deinde poſt annum, perrexit *Hacon* in *Angliam*, pro adducenda uxore ſua: ſed cum reverteretur tempeſtate correptus, coactus eſt † incidere in Charybdim, in illo loco maris, qui dicitur *Perlantzfiorth*, juxta *Orcades* inſulas, ibique in illa in imam voraginem, cum omnibus ſuis, abſorptus eſt.

Qui fugit in *Sueciam*: inde in Ruſſiam.

* (*Johan. Magnus* l. 18. c. 4.) (*Joh. Mag.* vocat *Jerizleoum.* l. 18. c. 4.)

Kanutus Rex Dan. *Olao* exſule, principes Norv. corrumpit: iiſque ſororis filium *Haconem* commendat.

† (*Johan. Magnus.* l. 18. c. 5.) *Haco*, *Kanuti* filius ex ſorore, naufragio perit.

Cap.

CAP. XVII.

De natura Charybdis : & de Longobardis & Hunnis.

DE natura Charybdis, quia de ipſa ſermo incidit, antiqui ſcriptores reddunt hujuſmodi rationem. *Plinius* videlicet *Secundus* Naturalis hiſtoriæ † vir prudens ac doctiſſimus; *Chryſippus* Philoſophus, & multi alii, dicunt eſſe locum illum pervium ad matricem abyſſum, de qua fluere creditur omnis aquarum abundantia, ideóque nullum reperiri fundum. De hac Abyſſo ſcribitur in Geneſi : *Et rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ. Paulus* quoque *Diaconus*, Monachus *Caſſinenſis* cœnobii, qui conſcripſit hiſtoriam pulcherrimam de *Pannonia* provintia, in qua multas utiles & non minus delectabiles fecit digreſſiones, pene idem loquitur de Charybdis natura. Ipſe etiam affirmat, de *Pannonia* exiſſe illos, qui invaſerunt Italiam † permiſſu nempe *Narſi* patricii, gentem ferociſſimam & Deo inimicam, qui tunc appellati ſunt *Longobardi* à longa barba, nunc autem vocantur corruptè *Longobardi*, mutata D litera pro B. *Pannonia* verò ex eo tempore

De Charybdi digreſſio.

† ſcriptor

(† lib. 1. c. 6.)

(lib. 2. c. 5. & ſequ.)

(i. e. Suaſu & impulſu *Narſetis.*)

(* *Gunth.* Lib. 2. *Ligur.* Dicitur à longis ea *Longobardia* barbis. Vid. *Iſidor.* in Etymol. lib. 1x. c. 2. *Cluv.* German. antiqu. lib. III. c. 26. Μαγκογουγγώτων nomen invenitur apud Strabonem Lib. xI. fol. 339. edit. Caſaub. ſed dicitur de populis Scythicis, apud eundem lib. vII. fol. 201. in Xylandri verſione Germaniæ quidam populi nominantur *Longobardi* : ſed in Græco eſt Λαγκόσαργοι. Vid. ib. Not. Caſaub. Sunt qui nomen à *longis haſtis*, quæ olim Germ. *Parthen*, derivant.)

pore nominata eſt *Hungaria*, quo eam quodammodo vi extorſerunt *Huni* à Conſtantinopolitano Imperatore, qui ut ceſſarent à rapinis & vaſtatione regni ſui, invitus licet tradidit eis provinciam, tranſlatis aliis prioribus habitationibus. Iſti *Huni*, ut ſcribit *Jornandes* in hiſtoria ſua, erumpentes de *Mæotidis* paludibus, ubi eos fertur incluſiſſe *Alexander* Magnus, filius *Philippi*, gens ſemifera & à Deo alieniſſima, forma etiam turpiſſima. Nam in capite pro oculis quaſi bina foramina habebant, veluti nigerrima pice infuſa; ſtatimque pueriles ſecabantur genæ, ut cum lacte matris diſcerent & vulnera pati. Hi ergo reperto aditu per tranſitum cujuſdam cervæ [*Paludem Mæotiden à duob. juvenib. Cimmeriis, duce cerva, tranſmiſſam eſſe narrat Procopius lib. 5. de bello Gothico in deſcriptione Ponti Euxini: quod deſideratur apud Procopium in exemplarib. hactenus editis, producitur à P. Pithæo in Codice Legum Weſtgothicar. tom. 3. Hiſp. Illuſtrat.*] expanderunt ſe ſuper faciem univerſæ terræ more locuſtarum, cum Rege ſuo *Attila*, pervaganteſque totas *Gallias* omnia repleverunt rapinis, incendiis, abominationibus profanantes ſancta loca & in ſolitudinem redigentes. Iſti ſunt qui trucidaverunt Beatum *Nicaſium*, Rhemenſium Archipræſulem, unà cum Beata Virgine *Eutropia*, ſorore ejuſdem, & civitatem *Rhen-*

(*Jornandes* de Reb. Geticis p. 102. 103. 104.)
(Eadem tradit *Segebertus* in Chronic. de Regno *Hunnorum*.)
(*Iornand.* p. 103.

Matyrol. Baronii 14. Decembr.)

Rhemis igni incenderunt. Ab ipſis poſteà cum obſiderent *Agrippinam*, quæ modò *Colonia* dicitur, martyrizata eſt Beata *Urſula*, filia Regis *Brittonum*, cum omni comitatu ſuo utriuſque ſexus penè incredibili multitudine. Quo ſcelere patrato; verſi ſunt ilico divinitus in fugam & liberata eſt civitas meritis beatiſſimarum Virginum. Completumque eſt in eis, quod ſcriptura dicit, * *Fugit impius, nemine perſequente*. Et item illud Pſalmiſtæ: *Ibi ceciderunt qui operabantur iniquitatem; expulſi ſunt nec potuerunt ſtare*.

(*Sigon*. l. 13. de Imperio Occidentali. p. 218. *Martyr*. 21. Octob. *Velſer*. in Tabulis Peuringer. p. 79.) *(Proverb. c. 28.) (Pſalſ. 35.)

Cap. XVIII.

Quod Beatus Olaus repatriaverit, & de Corporum humanorum diminutione.

KAnutus igitur Rex *Angliæ*, ut cognovit interitum *Haconar* nepotis ſui, ilico miſit *Sueinonem* filium ſuum, ad gubernandum regnum *Norwagiæ*; ſimulque reſiſtendum *Olauo*, ſi in patriam redire diſponeret. O infelix & inexplebilis cupiditas mortalium! O multum miſera humana anima! quæ quanto magis ſparſit ſe in viſibilia iſta, & dilatavit in figuram hujus mundi, quæ præterit, tantò difficilius poſt hanc vitam recolligitur, & à Deo, qui vera ſufficientia

Kanutus Rex *Dan*. & *Angl*. occupat Norv. per filium *Sueinonem*.

eſt, alienatur. Hoc in *Kanuto* ſatis ſuperque elucet: Qui cum duo regna poſſideret, tertium juſtiſſimo Regi *Olauo*, quod illi ex avita ſucceſſione debebatur, molitur eripere. *Olauus* itaque, ut fertur, admonitus in ſomnis, redire eum oportere in *Norwagiam*, vale faciens *Wirtzlaua* * & *Ingigerthi*, relictoque ibi filio ſuo *Magno*, reverſus eſt ad *generum* † ſuum, *Olauum* Regem in *Swethiam*, ibique anno illo moratus eſt. Adveniente itaque vernali tempore congregant exercitum auxilio generi ‡ ſui, qui magna ex parte erat paganorum, duxitque eum per ſuperiora in *Norwegiam*. Cumque inſtaret Rex paganis, ut baptizarentur, illique detrectarent ſuſcipere jugum Domini, ait: ſe non indigere paganorum & à Deo alienorum, maximè contra Chriſtianos; vilem ſibi fore victoriam, quæ iniquorum manibus paretur. Reſpondent pagani: paratos ſe quidem ad uſus bellorum, & ſi quid aliud juberet Rex: iſtam verò novellam inſtitutionem nolle ſe veternæ conſuetudini anteponere: malle ſe redire in patriam. Quo audito Rex, permiſit omnes abire. Congregati ſunt poſtea ad eum parentes ejus, cum *Haraldo* fratre ejus, qui tunc erat adoleſcens quindecim annorum, ſed & quidam alii principes: Inter quos erant *Ringr*, *filius Dagi*, cum filio ſuo ejuſ-

Olauus, ex *Ruſſia* redit in *Sueciam*.

(*Joh. Mag.* l.18.c.5.)

*(De hoc ſup. c.16.)

†(L. ſocerum.)

‡L. ſoceri.)

Inde cum exercitu proficiſcitur in *Norwagiam*.

Paganorum auxilia dimittit.

Alia auxilia contrahit.

(*Joh. Mag.* lib.18.c.5. vocat *Dagerum Ringenis* filium.)

ejuſdem nominis, & *Filbr*, comes filius *Arna*; frater *Kalfs*; qui maximè adverſabatur Regi. Secutus fuerat & Regem individuus comes in omnibus periculis *Ragnuvalder*, filius *Bruſa*, filii *Siwardi*, qui primus omnium Conſulum Orcadum inſularum Chriſtianus fuit, cujus † ſuperius mentionem fecimus. Iſti fuerunt viri ſtrenui & fortes, corpore & animo validiores multò, quàm his miſeris temporibus, longè tamen ſuis anteceſſoribus inferiores. Hujus diminutionis talem reddit rationem *Plinius* Secundus, in Naturali Hiſtoria. Verba ipſius ponam. *In plenum*, inquit, *cuncto mortalium generi minorem* (puta, ſtaturam) *indies fieri propemodum obſervatur; raroſque patribus proceriores, conſumente ubertatem ſeminum exuſtione, in cujus vires nunc vergat ævum.* Hæc *Plinius*. Non enim latebat Philoſophos, quia audierant diluvium præceſſiſſe, ſeculum præſens exuſtione finiendum. *Lucanus* quoque, non minus Philoſophus quàm Poëta, dicit, ubi ad *Julium* Cæſarem loquitur, eò quòd prohibuit comburi mortuos in bello:

† (Cap. 12. ſupr.)

Digreſſio, de corporum & virium humanarum imminutione.

(Plin. l. VII. c. XVI.)

(Vid. *Arngrimum* l. 1. de primis orbis Arctoi incolis. p. 33.)

(Lib. 7. v. 812.) *HOs, Cæſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,*
Uret cum terris, uret cum gurgite Ponti,
Communis mundo ſupereſt rogus, oſſib. aſtra
Mixturus.

Cuncta namque in terra ex calore & humore procreantur: in quibus calor abundat, fiunt exiliora, graciliora & ſubtiliora: Et ubi prævalet humor, ſunt groſſiora, proceriora, & magis corpulenta. Hanc viciſſitudinem ſeculorum exuſtionis & eluvionis, inducit *Plato*, dicens: Expletis quindecim millibus annorum, eas alternatim accidere, omneque humanum genus interire, præter pauciſſimos, qui aliquo caſu evadant: unde poſtea reparentur homines, hoc ſemper extitiſſe, & ſemper futurum eſſe. Nec tamen mundum Deo voluit coævum eſſe, ſed ſicut veſtigium ex pede, non pes ex veſtigio: & tamen, ex quo pes eſt, ex eo etiam veſtigium: ita mundum per Ειμαρμένην, id eſt, continuationem temporis imitari quidem æternitatem, ſed apprehendere non poſſe. Deus quippe ſimpliciſſima æternitas, incircumſcriptibilis ſpecie, præſentialiter univerſitatem intuetur: Mundus verò per viciſſitudines & tempora diverſificatur. In hunc errorem, viciſſitudinum ſeculorum, incidit *Origenes*, nobilis tractator divinarum ſcripturarum: quod

Plat. teſt.

ſatis

fatis; proh dolor, elucet in illo libro quem intitulavit περὶ ἀρχῶν, id eſt, de principiis, in quo multa vana de Philoſophorum libris & ſacræ doctrinæ obviantia commiſcuit. Beatus quoque *Hieronymus* loquens de diminutione corporum, mentionem facit de duodecim lapidibus, quos filii Iſraël ſuſtulerunt de alveo Jordanis fluminis, cum tranſirent ſicco veſtigio, ſicut & antea rubrum mare. Unde & Pſalmiſta canit: *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti? & tu Jordanis, quia converſus es retrorſum?* Juſſit namque dominus, ut ex ſingulis tribubus ſinguli viri exportarent lapidem unum ſuper ripam fluminis, quem leviter ferre poſſent in teſtimonium tanti miraculi: quos idem Sanctus *Hieronymus* teſtatur, ſe vidiſſe unum ex eis caſu aliquo fractum & ferro religatum: tantæque eſſe magnitudinis unumquemque, ut vix à duobus viris ferri poſſet: non quia lapides creviſſent, ſed quia homines decreviſſent: Et certè jam pene octingenti anni ſunt, ex quo Beatus *Hieronymus* ad regna cœleſtia tranſivit. Ante hos quoque ferè ſeptuaginta annos, repertus eſt Romæ *Pallas*, filius Evandri, quem *Turnus* occidit, cujus mortem Beatus dicit *Auguſtinus* ſimulachrum *Apollinis* fleviſſe mira Dæmonis verſutia, quaſi doluiſſet occaſum viri probiſſimi. Inventum eſt etiam vas argenteum, locatum

(Pſ. 113.)

(D. *Hieronymus* obiit An Chriſti 420. ſecundum veriores Chronographos.)

(Factum id A. 1039. vel ut alii 1050. Vide *Naucleum* ſub Henrici III. Imp. *Vincentium* lib 25. hiſt. c. 34. *Bonfin.* Dec. 2. *Langium* Chron. Cit. An Dom. 1039. *Kranzium* in Metrop. l. 4. c. 15.)

 ſuper

ſuper pectus ejus, in quo confectio myrrhæ erat & balſami pretioſiſſima, indeque egrediebantur duo calami aurei, quorum ſummitates naribus infigebantur: ut videlicet virtute unguenti corpus non minus interius, quàm exterius duraret incorruptum. Inventi ſunt autem & duo verſus inſculpti:

Filius. Evandri. Pallas, quem lancea. Turni
Militis. occidit. more. ſuo. jacet. hic.

(Lib. 2. Continuationis de *Geſtis Anglorum*. cap. 29.) *Krantzius* in Metropoli lib. 4. c. 15. legit *morte ſua*.)

Qui poſtea erectus, patente ingenti vulnere ſub pectore penè murum † civitatis adæquavit ſtatura ſua: ibique ſtetit, donec balſamo pluviis abluto, in ſemetipſum collapſus eſt & ſic iterum terræ oſſa mandabantur.

† (*Hier. Mag.* l. 1. Miſcell. c. 4.)

(Vid. *Scip. Gent.* de Conjurat. p. 323.)

(*Arnob.* circa finem l. 11. p. 152. Nonne literas auditis commemorantes veſtras, fuiſſe homines olim ſemideos, heroës, cum immanibus corporibus atque vaſtis? Non infantes ſub uberibus matrum Stentoreos legitis edidiſſe vagitus? quorum oſſa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias eſſe membrorum. Vide *Arnob. Elmenhorſt.* ad pag. 57.

De *Oreſtis* corpore ſub terra invento quod cubita ſeptem habuiſſe tradit *Herodotus*, l. 1. Videndus *Agell.* lib. 3. c. 10. & *Homerus*.)

CAP.

CAP. XIX.

Quod Beatus Olavus in bello Martyr occubuit.

BEatus itaque *Olavus* congregata manu, quam habere poterat in *Upland*, tetendit in *Throndheim*. Audierat enim *Sveinonem*, filium *Kanuti*, in *Wic* operiri adventum ſuum cum valida manu, & ideo declinavit ab eo. *Throndenſes* autem audito adventu regis, convenerunt in *Nidroſienſem* civitatem, quaſi vir unus, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus, juvenes cum ſenioribus, infelici factione, ut impugnarent Sanctum Dei. In quibus erant principes, qui maximè Regi obluctabantur, *Thorer Hunder* & *Kalfr filius Arnæ*. Audiens igitur Rex congregatam adverſum ſe multitudinem, miſit ad eos *Fin* fratrem *Kalfs*, cujus ſuperius † mentionem fecimus: qui populo pacem offerret, Regis animum paratum nunciaret, oblitum cum præteritarum injuriarum, ignoſcere cuique, quod eatenus perperam egiſſet: deteſtari ſe effuſionem humani ſanguinis, & maximè in civilibus bellis, nullo modo ſe velle manum conſerere, ſi ſalubribus ejus monitis acquieſcant. Effera verò mens barbarorum, amentiâ

Olavus Rex *Norv.* proficiſcitur contra *Sveinonem*.

Nidroſienſes ab illo deficiunt.

(Forte *Fithr*: qui paulò poſt nominatur † (cap. 16.)

conſenſu paci contradicit: Et multò miſeri, magis eligunt Sanctum Dei hoſtiliter impetere, quàm ſalutaria ejus monita ſuſcipere. Omnes itaque Regi obviam ruunt; & properanti gradu ad locum qui dicitur *Stiklaſtad'er* perveniunt. Præceſſerat tamen eos *Fiter* nuncius Regis, & obſtinatam eorum malitiam Regi intimaverat. Beatus itaque *Olaus*, divina revelatione admonitus, obitum ſuum quodammodò præſagivit, vocavitque ad ſe, ut fertur, diſpenſatorem ſuum, jubet illi, ut ſpeciales Eleemoſynas pro omnibus, qui in eodem prælio contra ſe arma ferendo, caſuri eſſent, ex regia pecunia devotè largiretur: Non immemor præcepti Domini ſui: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.* Libet hic intueri animum martyris noſtri: furebat perſecutorum rabies, & miſeranda cæcitate perculſi, crudeli inſania debacchabantur in Sanctum Dei: Ille verò manet immotus & in Chriſto fundatus, ſaluti perſequentium providendum curat. Et hoc in tali neceſſitate, ubi quilibet etiam cariſſimorum ſuorum oblivíſci potuiſſet. Audite hæc obſecro, univerſi populi! Vir iſte natus penè in ultimis partibus Aquilonis, inter barbaros & incultos: Videte, quale ſidus emicuerit, quàm humilis, quàm ſublimis: & hoc non in ſervili conditione, ſed

Ad mortem ſe parat *Olaus*.

in regali faſtigio. Animadvertite, quali animo bellum paraverit, quid intenderit. In promptu cauſa eſt; procul dubio remota omni ambiguitate, ut ſceleratos & iniquos à bonorum perſecutione compeſceret, Chriſti ſancita ſtabiliret, de duriſſimus lapidibus, ſi fieri potuiſſet, filios *Abrahæ* ſuſcitaret. Hæc ita fuiſſe, certiſſimè declarant cotidiana beneficia, & non minùs crebra inuſitata miracula, quæ omnipotens Deus dignatur operari per ejus merita, non in noſtra regione, verùm ubicunque locorum, & à quibuſcunque auxilium Beati martyris fideliter imploratur. Videre eſt etiam, quàm devotè, quàm diligenter inſecutus ſit Beatus iſte veſtigia illius primi vexilliferi Salvatoris noſtri, videlicet beatiſſimi Protomartyris *Stephani*. Ille inter torrentium imbrem lapidum, pro lapidantibus exoravit: Iſte pro interemptoribus ſuis etiam Eleemoſynas erogari jubet. Sed in his omnibus ille agnoſcendus eſt, ille laudandus, ille glorificandus, qui & in prima vocatione dedit fidem, & in extrema conſtantiam. Collatis itaque ſignis, ferebat vexillum ante Regem vir ſtrenuus, nomine *Biorn*: hic, in primo ſtatim congreſſu, occiſus eſt à *Thori Hund*, qui primam aciem ducebat contra Regem. Illico ſubſecutus eſt occaſus Regis, accepto, ut fertur, vulnere ingenti. Quis ei manus in-

Prælium.

Mors *Olavi* Regis *Norv.*

eſt, alienatur. Hoc in *Kanuto* ſatis ſuperque elucet: Qui cum duo regna poſſideret, tertium juſtiſſimo Regi *Olavo*, quod illi ex avita ſucceſſione debebatur, molitur eripere. *Olavus* itaque, ut fertur, admonitus in ſomnis, redire eum oportere in *Norwagiam*, vale faciens *Wirtzlavæ* * & *Ingigerthi*, relictoque ibi filio ſuo *Magno*, reverſus eſt ad *generum* † ſuum, *Olaum* Regem in *Swethiam*, ibique anno illo moratus eſt. Adveniente itaque vernali tempore congregant exercitum auxilio generi ‡ ſui, qui magna ex parte erat paganorum, duxitque eum per ſuperiora in *Norwegiam*. Cumque inſtaret Rex paganis, ut baptizarentur, illique detrectarent ſuſcipere jugum Domini, ait: ſe non indigere paganorum & à Deo alienorum, maximè contra Chriſtianos; vilem ſibi fore victoriam, quæ iniquorum manibus paretur. Reſpondent pagani: paratos ſe quidem ad uſus bellorum, & ſi quid aliud juberet Rex: iſtam verò novellam inſtitutionem nolle ſe veternæ conſuetudini anteponere: malle ſe redire in patriam. Quo audito Rex, permiſit omnes abire. Congregati ſunt poſtea ad eum parentes ejus, cum *Haraldo* fratre ejus, qui tunc erat adoleſcens quindecim annorum, ſed & quidam alii principes: Inter quos erant *Ringr*, *filius Dagi*, cum filio ſuo ejuſ-

Olavus, ex Rußia redit in Sueciam.

(*Joh. Mag.* l. 18. c. 5.)

*(De hoc ſup. c. 16.)

†(L. ſocerum.)

‡(L. ſoceri.)

Inde cum exercitu proficiſcitur in *Norwagiam.*

Paganorum auxilia dimittit.

Alia auxilia contrahit.

(*Joh. Mag.* lib. 18. c. 5. vocat *Dagerum Ringonis* filium.)

ejuſdem nominis, & *Filbr*, comes filius *Arnæ*; frater *Kalfs*; qui maximè adverſabatur Regi. Secutus fuerat & Regem individuus comes in omnibus periculis *Ragnuvalder*, filius *Bruſa*, filii *Siwardi*, qui primus omnium Conſulum Orcadum inſularum Chriſtianus fuit, cujus † ſuperius mentionem fecimus. Iſti fuerunt viri ſtrenui & fortes, corpore & animo validiores multò, quàm his miſeris temporibus, longè tamen ſuis anteceſſoribus inferiores. Hujus diminutionis talem reddit rationem *Plinius* Secundus, in Naturali Hiſtoria. Verba ipſius ponam. *In plenum*, inquit, *cuncto mortalium generi minorem* (puta, ſtaturam) *in dies fieri propemodum obſervatur; raroſque patribus proceriores, conſumente ubertatem ſeminum exuſtione, in cujus vires nunc vergat ævum.* Hæc *Plinius*. Non enim latebat Philoſophos, quia audierant diluvium præceſſiſſe, ſeculum præſens exuſtione finiendum. *Lucanus* quoque, non minus Philoſophus quàm Poëta, dicit, ubi ad *Julium* Cæſarem loquitur, eò quòd prohibuit comburi mortuos in bello:

† (Cap. 12. ſupr.)

Digreſſio, de corporum & virium humanarum imminutione.

(Plin. l. VII. c. XVI.)

(Vid. *Arngrimum* l. 1. de primis orbis Arctoi incolis. p. 33.)

(Lib. 7. v. 812.) *HOs, Cæſar, populos ſi nunc non uſſerit ignis,*
Uret cum terris, uret cum gurgite Ponti,
Communis mundo ſupereſt rogus, oſſib. aſtra
Mixturus.

Cuncta namque in terra ex calore & humore procreantur: in quibus calor abundat, fiunt exiliora, graciliora & ſubtiliora: Et ubi prævalet humor, ſunt groſſiora, proceriora, & magis corpulenta. Hanc viciſſitudinem ſeculorum exuſtionis & eluvionis, inducit *Plato*, dicens: Expletis quindecim millibus annorum, eas alternatim accidere, omneque humanum genus interire, præter pauciſſimos, qui aliquo caſu evadant: unde poſtea reparentur homines, hoc ſemper extitiſſe, & ſemper futurum eſſe. Nec tamen mundum Deo voluit coævum eſſe, ſed ſicut veſtigium ex pede, non pes ex veſtigio: & tamen, ex quo pes eſt, ex eo etiam veſtigium: ita mundum per Ειμαρμένην, id eſt, continuationem temporis imitari quidem æternitatem, ſed apprehendere non poſſe. Deus quippe ſimpliciſſima æternitas, incircumſcriptibilis ſpecie, præſentialiter univerſitatem intuetur: Mundus verò per viciſſitudines & tempora diverſificatur. In hunc errorem, viciſſitudinum ſeculorum, incidit *Origenes*, nobilis tractator divinarum ſcripturarum: quod

(Plat. teſt.)

ſatis

ſatis; proh dolor, educet in illo libro quem intitulavit περὶ ἀρχῶν, id eſt, de principiis, in quo multa vana de Philoſophorum libris & ſanæ doctrinæ obviantia commiſcuit. Beatus quoque *Hieronymus* loquens de diminutione corporum, mentionem facit de duodecim lapidibus, quos filii Iſraël ſuſtulerunt de alveo Jordanis fluminis, cum tranſirent ſicco veſtigio, ſicut & antea rubrum mare. Unde & Pſalmiſta canit: *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti? & tu Jordanis, quia converſus es retrorſum?* Juſſit namque dominus, ut ex ſingulis tribubus ſinguli viri exportarent lapidem unum ſuper ripam fluminis, quem leviter ferre poſſent in teſtimonium tanti miraculi: quos idem Sanctus *Hieronymus*, teſtatur, ſe vidiſſe unum ex eis caſu aliquo fractum & ferro religatum: tantæque eſſe magnitudinis unumquemque, ut vix à duobus viris ferri poſſet: non quia lapides creviſſent, ſed quia homines decreviſſent: Et certè, jam pene octingeliti anni ſunt, ex quo Beatus *Hieronymus* ad regna cæleſtia tranſivit. Ante hos quoque ferè ſeptuaginta annos, repertus eſt Romæ *Pallas*, filius Evandri, quem *Turnus* occidit, cujus mortem Beatus dicit *Auguſtinus* ſimulachrum *Apollinis* fleviſſe mira Dæmonis verſutia, quaſi doluiſſet occaſum viri probiſſimi. Inventum eſt etiam vas argenteum, locatum ſuper

(Pſ. 113.)

(D. *Hieronymus* obiit An. Chriſti 420 ſecundum veriores Chronographos.)

(Factum id A. 1039. vel ut alii 1050. Vide *Nauclerum* ſub *Henrici* III. Imp. *Vincentum* lib 25. hiſt. c. 34. *Bonfin.* Dec. 2. *Langium* Chron. Cit. An. Dom. 1039. *Kranzium* in Metrop. l. 4. c. 15.)

ſuper pectus ejus, in quo conſtructio myrrhæ erat & balſami pretioſiſſima, indeque egrediebantur duo calami aurei, quorum ſummitates naribus infigebantur: ut videlicet virtute unguenti corpus non minus interius, quàm exterius duraret incorruptum. Inventi ſunt autem & duo verſus inſculpti:

(Lib. 2. Continuationis de *Geſtis Anglorum*. cap. 29.)

Filius. Evandri. Pallas, quem lancea Turni
Militis. occidit. more. ſuo. jacet. hic.

Krantzius in Metropoli lib. 4. c. 15. legit *morte ſua.*)

† (*Hier. Mag.* l. 1. Miſcell. c. 4.)

Qui poſtea erectus, patente ingenti vulnere ſub pectore penè murum † civitatis adæquavit ſtatura ſua: ibique ſtetit, donec balſamo pluviis abluto, in ſemetipſum collapſus eſt & ſic iterum terræ oſſa mandabantur.

(Vid. *Scip. Gent.* de Conjurat. p. 323.)

(*Arnob.* circa finem l. I I. p. 1 2 2. Nonne literas auditis commemorantes veſtras, fuiſſe homines olim ſemideos, heroës, cum immanibus corporibus atque vaſtis? Non infantes ſub uberibus matrum Stentoreos legitis edidiſſe vagitus? quorum oſſa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias eſſe membrorum. Vide *Arnob. Elmenhorſt.* ad pag. 57.

De *Oreſtis* corpore ſub terra invento quod cubita ſeptem habuiſſe tradit *Herodotus*, l. 1. Videndus *Agell.* lib. 3. c. 10. & *Homerus.*)

CAP.

CAP. XIX.

Quod Beatus Olaus in bello Martyr occubuit.

BEatus itaque *Olaus* congregata manu, quam habere poterat in *Upland*, tetendit in *Throndheim*. Audierat enim *Sueinonem*, filium *Kanuti*, in *Wik* operiri adventum ſuum cum valida manu, & ideo declinavit ab eo. *Throndenſes* autem audito adventu regis, convenerunt in *Nidroſienſem* civitatem, quaſi vir unus, adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus, juvenes cum ſenioribus, infelici factione, ut impugnarent Sanctum Dei. In quibus erant principes, qui maximè Regi obluctabantur, *Thorer Hunder & Kalfs filius Arnæ*. Audiens igitur Rex congregatam adverſum ſe multitudinem, miſit ad eos *Fin* fratrem *Kalfs*, cujus ſuperius † mencionem fecimus: qui populo pacem offerret, Regis animum paratum nunciaret, oblitum eum præteritarum injuriarum, ignoſcere cuique, quod ætenus perperam egiſſet: deteſtari ſe effuſionem humani ſanguinis, & maximè in civilibus bellis, nullo modo ſe velle manum conferere, ſi ſalubribus ejus monitis acquieſcerent. Effera verò mens barbarorum, animi con-

Olaus Rex Norv. proficiſcitur contra *Sueinonem*.

Nidroſienſes ab illo deficiunt.

(Forte *Fithr*: qui paulò poſt nominatur

†(cap. 16.)

in quamlibet partem; potiuſque ſibi imputandum, quicquid perperam agerent, mutant in melius conſilium, tractandæ pacis ineunt fœdus, tali propoſita conditione, † *Ut uter Regum, ſine certo herede*, hoc eſt, *prole ventris* * *ſui, prior humanis rebus abſceſſerit, reſiduus utrumque regnum obtineat, ſine ulla contradictione.* Sicque ab invicem non ſolùm concordes, verùm etiam amiciſſimi diſcedunt.

Horum pactum. † (*Johan.* l. 8. . 8.) * (De hoc pacto vide & Hiſtoricam Narrationem de origine gentis *Danorum* ab *Erico Daniæ* Rege conſcripta n. 93.)

CAP. XXIII.

De pacto, quod factum eſt inter Karolum Magnum, & fratrem ſuum.

Digreſſio de Carolo M. & ejus fratre.

NOn longè à pacto, quod pepigit *Karolus*, qui poſtea ob inſignes victorias & morum probitates, dictus eſt *Magnus*, cum *Karolomanno*, ſeniore patre ſuo. Qui tamen *Karolomannus* poſt biennium hominem exuit, relictis duobus filiis ſuis, quos aſſumens uxor ejus, quæ fuerat, profugit fœminea levitate † ad *Luitprandum*, * Regem Italiæ, quod vehementer diſplicuit *Karolo*. Iſte Rex *Longobardorum*, multum afflixit Romanam Eccleſiam, adeo ut Dominum Papam incluſum *Papiæ* obſideret. In hac igitur neceſſitate poſitus Dominus Papa, miſit literas deprecatorias

† (Deſiderium.) * (*Eginhartus*, de vita Caroli M. p. 4.) (Hæc pleraque contra fidem & ſeriem veræ hiſtoriæ.)

catorias ad *Karolum* Regem Franciæ. Audierat enim eum ingenuæ indolis juvenem: poſtulat eum ſubvenire laboranti Eccleſiæ: nihil ſibi germanius fore, quàm laborantem ſuſtentare matrem, obedire eum oportére, utpote Chriſtianum Regem ſummo Pontifici, ſe in maximo periculo conſtitutum die noctuque ejus præſtolari adventum, accelerari oportere negotium: (quod) alimenta ſint in brevi defutura. His literis acceptis *Karolus*, quo minus jam præmeditaretur expeditionem in *Saxoniam*, quæ adhuc illo in tempore idololatriæ dedita erat, mira celeritate contraxit exercitum, atroci lege propoſita cunctis Principibus, ſi quis poſt ejus abſceſſum remoraretur. Incredibili igitur & inopinata acceleratione tranſſcenſis Alpibus, ut illud Lucani aptiſſimè ei poſſit convenire: (l. 1 p. 25. In vulgatis editionibus eſt: *Jam Cæſar gelidas c. ſ. Alpes.*)

Jam rapido curſu Cæſar ſuperaverat Alpes:

improviſus adfuit, nec fama quidem præeunte, diſpoſitaque acie obſidione cinxit exercitum Regis *Longobardiæ*, ita ut mire & rariſſimo exemplo nullus pateret effugii locus illi, qui priùs alios incluſerat. Quod ut innotuit Urbi, maximo gaudio perfuſa eſt civitas, apertiſque portis, viriliter invadunt adverſarios, & Karolo foris urgente, oppidanis ab intus inſtantibus, totus exer-

citus Longobardorum & ſubjugatur & ſub jugum mittitur. Rex ipſe catenus ante pedes Domini Papæ adducitur, non datur Imperio, ſed ut frequenter promeruerat plebis opprobrio. *Karolus* Rex requirit à Domino Papa, quid jubeat de illo fieri? Dominus Papa ſimpliciter reſpondit: Ego non corporalem, ſed ſpiritualem fero gladium, mihi ſufficit, ſi jus ſuum & patronatus Eccleſiæ reddatur, ſi Beato Petro ſua reſtituantur. Tuum, inquit, eſt cariſſime fili decernere, utrum regium nomen in *Italia* permanere debeat, ex quo *Conſtantinus*, filius *Helenæ*, ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, illud abdicavit, & B. Petro ac Romano Pontifici in jus perpetuum contradidit. *Karolus* itaque Rex, exauctoravit Regem *Longobardiæ* & *Viennum* in exilium miſit, reſtituens ei uxorem & liberos pecuniamque ſufficientem, clementer & benignè eum tractans. Ex illo igitur tempore, liberata eſt Eccleſia Romana à tyrannide *Longobardorum* inſtantia & beneficio Chriſtianiſſimi Regis *Karoli*, poſt annos plus minus trecentos † ex quo * primum invaluerant Italiam. Sed regrediamur in Norwagiam.

*(Deeſt *Longobardi*)

†(Scribendum ducentos. Nam *Longobardi* An. 568. Pannonias egreſſi, Duce *Alboino*, in *Italiam* contenderunt, ibique regnum conſtituerunt. *Deſiderius* vero ultimus Rex Longobardorum à Carolo M. victus eſt An. 773. Duravit igitur Regnum *Longobardorum* in *Italia* annos 205.)

Cap.

CAP. XXIV.

Quod idem Magnus, Danorum Rex effectus, bellum habuerit cum Wandalis.

NOn multò poſt ſupra memoratam concordiam, duorum Regum, *Magni* & *Kanuti*, defunctus eſt idem *Kanutus* abſque herede. Quo comperto, *Magnus* Rex, congregata claſſe, navigavit in *Daciam*: ubi tunc à Principibus regni, qui ſupradictæ pactioni interfuerant, honorificè ſuſcipitur & in regem ſublimatur. Quod cum audiſſet *Sueino*, filius *Ulfs*, & *Aſtridis*, ſororis *Kanuti*, Regis Angliæ, collecto exercitu, congreſſus eſt cum *Magno* navali prælio, ab eodemque mox victus aufugit. Dum hæc agerentur *Wandali*, quos nos materna lingua vocamus *Windir*, gens pagana & Deo inimica, ſilveſtris & inculta, vivens raptu, qui ſemper quidem rapinis ſolebant infeſtare *Daciam*, tunc tamen præcipuè occaſionem nacti, de inquietudine regni, incredibili multitudine advecti ſunt in *Daciam*, operientes faciem terræ more locuſtarum. Quod cernens *Magnus* Rex, animo conſternatus eſt. Nam neque tempus habuit exercitum congregandi, nec tutum putabat cum paucis contra tantam multitudinem dimicare. Et

A morte *Kanuti* jur. *Magnus*, rex *Norvag.* etiam *Daniam*, ex pacto, obtinet.

Fruſtra hoc prohibere conatur *Sueino*, fil. *Kanuti*, R. Angl.

Vandali Daniam infeſtant.

intolerabile videbatur, vaſtari regionem in præſentia ſui. In hac igitur mentis anguſtia poſito Regi, fertur nocte ſubſequenti apparuiſſe Beatum *Olauum*, patrem ejus, & ei monuiſſe eum in Deo ſpem ponere, facile ei eſſe, dare victoriam non minus in paucis, quàm in pluribus: oportere eum in craſtino ad bellum procedere, Dei miſeratione victoriam non defuturam. Hac ergo viſione confortatus Rex *Magnus*, in craſtinum viriliter proceſſit ad prælium, ſubſequens vexillum, quod patris ejus fuerat, tenens manu bipennem ejuſdem, quæ ibi confracta eſt, & modo ſervatur in *Nidroſienſi* Eccleſia. Major itaque ruit in hoſtem, plurimos proſtravit, ceteros turpiter, Deo auxiliante, in fugam convertit. Hoc prælium geſtum eſt in loco, qui dicitur *Luirſcogs Heithr*. Variis deinde conflictationibus inter ſe agentes *Magnus* & *Sueino*, plura prælia geſſerunt in diverſis locis: quorum maxima iſta fuerunt, apud *Helganes* unum, aliud apud *Aros*, & non nulla præterea. Sed quia longum eſt ſingulis immorari, tranſeamus ad cetera.

Olauum angelus ad bellum, contra *Vand.* animat.

Qui *Vandalos* vincit.

Bipennis S. *Olavi.*

Cap. XXV.

De Reditu Haraldi Hardradr, de Gracia.

VIdens itaque *Sueino*, ſe non poſſe reſiſtere viribus *Magni*, diſceſſit à patria. Quem inſecutus Rex cum claſſe, applicuit in loco, qui dicitur *Ourarſunt*; * ubi cum morarentur, conſpiciunt quadam die navem adventantem, ſolitis armamentis venuſtiùs ornatam. Nam velum totum purpura renitebat. Qua inſueta viſione attonitus Rex, mittit ilico, qui requirant, qui ſint, vel unde veniant. Reſponſum eſt nunciis Regis, eſſe † *Haraldum*, fratrem *Olaui* Regis *Norwagiæ*, venientem de *Græcia*. Econtra illi ſciſcitantur, quis ductor ſit claſſis, quam in portu cernebant. Reſpondebant, eſſe *Magnum*, filium Beati *Olaui*, Regem *Daciæ* & *Norwagiæ*. Quo audito *Haraldus*, mox divertit ad nepotem ſuum: à quo, ut decuit, honorificè ſuſceptus aliquot dies ibi moratus eſt. Cumque *Magnus* ab eo poſtularet, ut ei ſubſidio foret ad ſubdendum ſibi regnum *Daciæ*, quod ei juſtis ex cauſis debebatur, reſpondiſſe fertur, ſe potius velle petere ab eo partiri ſecum regnum *Nor-*

Sueino, fil. *Kanuti*, ex *Norv.* diſceſſit.

Quem inſequitur *Olavus*, Rex *Dan.* & *Norv.*

† (Vide *Saxon.* l. xi. pag. 185. 186.)

Frater S. Olavi Haraldus, ex *Gracia* redit.

D 3

* (Olim & *Eirer Súnde*, hodie Oreſund. Steph. Steph. in not. ad Sax. fol. 21, a.)

Petit ab *Olavo* partem regni *Norvag.*

Norwagiæ, quod ſibi jure hereditario debebatur. Cui cum Rex *Magnus* gratioſè reſpondiſſet, erat enim mitis & benigniſſimi ingenii, unus ex Conſiliariis Regis *Einar Thambar Kelmer*, perpendens ſecum, utriuſque verba non de ejuſdem benignitatis fonte manare, reſpondit: juſtum videri, ut ſi Rex *Magnus Haraldo* dimidiam partem *Norwagiæ* annueret, ipſe quoque pecuniam, quam de Græcia attulerat, cum Rege divideret: multum enim eum egere pecunia: plurima in expeditionibus aſſiduis conſumſiſſe. Hanc reſponſionem *Haraldus* indignè ferens, dixit: ſe non ob id in exteris regionibus, pro adquirenda pecunia, objeciſſe (ſe) periculis, ut inde ditaret ſatellites *Magni*, nepotis ſui. Cui *Einar*: Scias me, ubicunque potero, obviam iturum, ne regnum obtineas. Quod verbum & *Einaro* & filio ejus, ut rerum exitus probavit, cauſa fuit temporariæ mortis: quia ambo poſtea ab *Haraldo* occiſi ſunt. His itaque reſponſis commotus *Haraldus*, diſceſſit à Rege, & in *Norwagiam* profectus eſt. *Sueino* comperta cauſa diſceſſionis *Haraldi* à *Magno*, è veſtigio comitatus eſt eum, promittens ei dimidiam partem *Daciæ*, ſi poſſent regem *Magnum* eliminare.

Sueino, promittit Haraldo dimidiam regni *Dan.* ſi *Magnum* inde ejiceret.

CAP.

CAP. XXVI.

Invectio Auctoris in ambitioſos, & qualiter Choſdrœ vitam finiverit.

O Verè infelix appetitus honoris! ô miſeranda & miſerabilis, & ut à Philoſophis deſcribitur, verè cæca ambitio, divina & humana calcans, naturæ non deferens honorem, & cujus mentem ſemel invaſerit, impotem ſui reddens! Hæc *Abſolonem* in jugulum patris armavit, ut ſibi parricidio regnum pararet; Et ut de Ethnicis aliquid loquar, hæc *Pharnacem* filium *Mithridatis*, Regis Ponti, qui cum Romanis annis quadraginta bellum geſſit, impulit, ut patrem ſuum incluſum in quadam civitate, obſideret: cum idem *Mithridates* diu ex altiſſimo muro concionatus, cupiens filium ad miſericordiam flectere, ut inexorabilem vidit, exclamaſſe fertur: *Dii patrii, ſi qui eſtis, donate, ut Pharnaces hac ipſa prece filios ſuos exoret & non exaudiatur.* Poſt hæc deſcendens de muro, dedit venenum omnibus concubinis ſuis, & filiis & filiabus. Poſtremò, cum ipſemet hauſiſſet venenum, & vis veneni in ipſo graſſari non poſſet, propter innumerabilia remedia, quibus frequenter munierat ſua viſcera contra eandem

Digreſſio de ambitione.

Exempla *Abſolonis.*

Pharnacis.

(*Oroſius* l.6. c.5.)

dem peſtem, ne ab alio necaretur, fracto jam muro, porrexit cervicem ſpiculatori. Quod de hoc *Lucanus*, (l. 1. p. 31.)

Barbarico vix conſummata veneno:

de hoc Rege ſcribit *Plinius Secundus* his verbis: M*ithridates*, inquit, Rex Ponti, homo potentiſſimus & ditiſſimus, annis quadraginta bellum protraxit nobiſcum variis eventibus, *duarum & viginti gentium Rex totidem linguis jura dixit, pro concione ſingulas ſine interprete affatus*. (*Plin.* lib. VII. XXIV.) Hæc ipſa infelix ambitio armavit *Syroim* in jugulum patris ſui *Coſroë*. (*Coſrois*.) Et quia hujus Regis mentionem fecimus, quæſo ne oneroſum videatur Lectori, ſi pauca de Romana hiſtoria excerpta, hic ponantur, propter illam ſcripturam, quæ fertur de exaltatione Sanctæ Crucis, in qua quibuſdam veris multa falſa interlita ſunt, propter quod à Sancta Romana Eccleſia non recipitur. (Digreſſio altera, de libris Apocryphis Eccl. (Vid. *Baronium* in Martyrol. 14. Sept. & in Annalib.) *Gelaſius* namque Papa, vir doctiſſimus & magnæ auctoritatis in Eccleſia Dei, compendioſo ſermone ſecernit Apocryphas Scripturas à ſacro Canone, dicens: non egere Eccleſiam Dei falſitatis comprobatione, quæ ab ipſa veritate Deo fundata eſt. Cui Beatus *Auguſtinus* plurimis in locis atteſtatur, eodem ſenſu & pene iiſdem verbis. Ponit idem *Gelaſius* inter Apocrypha Paſſiones Apoſtolorum, præter ſolius Andreæ, librum (Vide Decret. diſtinct. XV. *Bibliotheca ſancta Sixti Senenſis*. lib. 2.)

de

de infantia Jeſu, librum de Nativitate Beatæ Mariæ, Itinerarium Clementis, Euangelium ſecundum Thomam, Euangelium ſecundum Bartholomæum, & multa alia, quæ longum eſt enumerare. Sed jam videamus, quomodo illa ſcriptura de Exaltatione Sanctæ Crucis, conveniat veritati Romanæ hiſtoriæ. *Heraclius*, vir valde ſtrenuus in re militari, filius *Heraclii*, præfecti Africæ, à militibus in Imperatorem Romanum eligitur. Hic ſex annis continuis pervagatus omnem *Perſidem* innumeras civitates nec non & vetuſtiſſima ædificia Regum antiquorum ſolo proſtravit, ſuper pontem quendam, cum quodam gigante Perſico ſingulari pugna congreſſus, eundem vicit & in amnem dejecit, ipſumque *Coſdroën* ad ultimas regni ſui latebras fugere compulit. Qui ultimæ deſperationi addictus, filium ſuum *Mardaſan* deſignavit regem. Quo comperto, *Syrois*, primogenitus ejus, ægrè tulit nimis repulſam, cui debebatur pro ordine nativitatis regnum, & ſollicitato *Gundabundan*, præfecto militiæ, omnem ad ſe convertit exercitum, ſtatimque patrem *Coſdroën* inſecutus comprehendit, & magnis cathenarum ponderibus pedibus colloque circumdatis, recluſit in domum ſubterraneam, quam ipſe ad theſauros recondendos in loco abditiſſimo conſtruxerat, imperans & dicens:

(*Sigebert.* in actis anni 631. *Aimoin.* de geſt. Fracor. lib. 4. c. 22.) Redit ad hiſtoriam *Coſrois.*

Coſrois captivitas & ſuprema.

Comedat aurum & argentum, pro quo multos impie peremit, & orbem terrarum delevit. Fecit etiam *Syrois* nefas, omnibus ſeculis inauditum, divino ſic diſponente judicio. Nam mandavit ſatrapis, quibus noverat patrem præcipuè exoſum, eiſque tradidit eum per quinque dies illudendum & conſpuendum, ac diverſis injuriis afficiendum, & ſic demum ſagittarum ictibus perimere jubet, occiſis tamen priùs, ante ora patris, quinque filiis. Et hic fuit finis hominis ſacrilegi, templi Domini violatoris, & ultra humanum modum elati. Nam legatis *Heraclii*, qui gratia pacis venerant, ita ſuperbè reſpondit, aut videlicet Chriſtianos propriam religionem relicturos, & ſecum Solem adoraturos, aut eorum regnum penitus deſtruendum. Sed reddidit Deus in caput blaſphemi propriam contumaciam. Licet itaque *Coſdroës* pro ſuis ſceleribus, dignas expenderit pœnas, tamen à prole ventris ſui hoc paſſum execrabile & coram Deo & coram hominibus fuit.

Exemplum ambitionis in *Domitiano*. Nonne etiam infelix ambitio impulit *Domitianum*, hominem ſceleſtiſſimum & quodammodo alterum *Neronem* inſidiari ſanguini fratris ſui *Titi*? Hic *Titus* præ ſuavitate morum & inolita bonitate, dictus eſt *Delitiæ humani generis*. Et cum quo-

quodam die adveſperaſcente, reminiſceretur ſe nemini quicquam eo die beneficii impendiſſe, eò quod nullus poſtulaſſet, dixiſſe fertur ad commilitones ſuos: *Hodiè*, inquit, *diem perdidi*: Quia nulli aliquid emolumenti impendi. Fratrem verò *Domitianum* ſuavi eloquio demulcebat, rogans ne ſe fœdaret fraterno ſanguine, in brevi ei affuturum imperium: non decere eum, cum tanto ſcelere illud comparare. Quod, proh dolor! nimis verum fuit. Nam & *Titus* in imperio biennio tantum vixit, & eidem *Domitianus* ſucceſſit: Qui etiam hoc ſuis ſceleribus addidit, quod ſecundam à *Nerone* perſecutionem in Chriſtianos movit. Jam verò noſtra perſequamur. (Sueton. c. 8.)

CAP. XXVII.

Quod Rex Magnus, regnum Norwagiæ diviſit cum patruo, & de obitu ejuſdem.

Magnus, divîdit cum patruo *Haraldo* Norvagiam.

MAgnus Rex, ut audivit *Haraldum* patruum ſuum, & *Sweinonem*, in *Norwagiam* profectos, fœdus contra ſe iniiſſe, è veſtigio illos inſecutus eſt. At illi audientes Regis adventum, verentes occurrere ei, reverſi ſunt in *Daciam*. Conſiderans itaque Rex *Magnus*, ſe vix poſſe tueri utrumque regnum ab eorum infeſtatione, miſſa legatione revocavit avunculum * ſuum *Haraldum*, tradens ei dimidiam partem regni *Norwagiæ*, nihil in mutua reciprocatione poſcens, præter quod regnum utrumque cum eo defenſare deberet: ita tamen, ut in Regno *Daciæ*, ſolus *Magnus* imperaret. Hæc concordia convenit inter nepotem & avunculum † in *Upland*, ad ſtagnum in præſentia *Grimkelli* Epiſcopi, *Einars Thambaskelmis*, & aliorum multorum Principum, qui omnimodo decreverant, ſe nullo modo ſub duobus Regibus velle agere, niſi pace confœderatis. Sciebant procul dubio, omne regnum, in ſe diviſum, deſolandum. Ideoque ſtatuerunt

* (Patruum.)

Ipſe tamen ſolus *Daniam* retinet.

† (Patruum.)

runt certiſſimè inter ſe illum vita privandum, qui nollet paci acquieſcere. De hac dementia diſcordiæ exclamat Virgilius: †

† (*Sunt verſus Probæ Falconiæ, quæ ita orditur,* Vide Tom. 8. p. 599.)

Jamdudum temeraſſe duces pia fœdera pacis,
Regnandi miſeros tenuit quos dira cupido,
Confiteor ſcripſi, ſatis eſt meminiſſe malorum!

(Barth. l. quò i.e. *ad quæ* tenuit, velut deſtinata aut vincta &c.)

De eodem etiam *Lucanus*: [lib. 1.]

Imminet armorum rabies: ferrique poteſtas
Confundet jus omne manu: ſcelerique nefando
Nomen erit virtus; multoſque exibit in annos
Hic furor ——

Compoſita itaque pace inter avunculum * & nepotem, *Magnus* Rex navigavit in *Daciam*, & expulit ab ea *Sweinonem*, qui eam interim jam totam ſibi ſubjugaverat. Poſt cujus expulſionem, uno tantum anno ſupervixit. Qui cum ſentiret, diem mortis imminere, miſit fratrem ſuum ex matre, *Thore* nomine ad *Sweinonem*, & reconſignavit ei regnum *Daciæ*, quia & ipſi jure hereditario debebatur. † Iſte *Magnus*, filius Beati *Olaui* martyris, vir fuit bonitate con-

* (L. patruum.)

Magnus ex *Dania Sweinonem* expellit. Quam poſtea moriturus, eidem *Sweinoni* reſtituit.

† (*Saxo* l. 10. in fine. p. 184.)

Magni Regis encomium.

conſpicuus, lenitate præditus, in re militari ſtrenuus, in rerumpublicarum adminiſtratione miro callebat ingenio; unde & in congreſſionibus pene ſemper victor extitit. Morum ſuavitate & liberalitate, ſubjectis omnibus gratiſſimus fuit. Hic *Magnus* regnavit annis undecim, ex quibus quinque utrique regno præfuit.

CAP. XXVIII.

Quod idem Haraldus expeditionem in Angliam ducens, in bello victus occubuit.

Haraldus, Rex Norv. frater *Olavi*, bella gerit cum *Sueinone* Reg. *Dan.*

*(*Saxo* lib. XI. p. 186.)

Expeditionem ſuſcipit in *Angliam*:

POſt hunc regnavit *Haraldus*, frater Beati *Olaui* annis viginti, quorum decem & novem ſolus, unum cum nepote ſuo *Magno*. Hic fuit vir ſtrenuus, in conſilio providus, manu promptus, ſui tenax, alieni cupidus, unde & plurima bella cum *Sueinone* * geſſit, ut ei auferret regnum *Daciæ*. Quod cum minus procederet, expeditionem paravit in *Angliam*, hortatu *Toſtæ*, fratris *Haraldi*, Regis *Angliæ*. Promiſit namque ei dimidiam partem regni, ſi fratrem expelleret, quod ſibi non minus hereditario jure debebatur. Cumque veniſſet in *Angliam*, unà cum prædicto *Toſta*, ſubjecerunt ſibi provinciam *Northumbrorum*. *Haraldus*, Rex *Angliæ*, eo tempore profectus

Contra *Haraldum*, *Angliæ* Regem.

ſectus fuerat in *Normanniam*: cognitoque adventu hoſtium feſtinus remeavit in *Angliam*, collectoque innumerabili exercitu, improviſus affuit. Adveniente illo, maxima pars exercitus *Normannorum* naves petierat, onuſti præda: Reliqui verò animo conſtanti, quamvis pauci, ſe ad bellum præparant. Sed quid facient pauci, contra tot millia fortes * ? Ipſe verò *Haraldus*, equo inſidens, dum aciem ordinare curat, equo cadente in terram excuſſus, dixiſſe fertur: *Raro, tale ſignum portendit victoriam*. Nec eum fefellit ſiniſtrum omen: nam in eodem bello ipſe occubuit. *Toſta* etiam, frater *Haraldi*, Regis *Angliæ*, qui eum illuc adduxerat, ibidem occiſus eſt, totuſque exercitus pene deletus eſt. Factum eſt hoc bellum anno ab incarnatione Domini *milleſimo ſexageſimo ſexto*; apparente cometa, rutilantibus comis, per aliquot dies, & præfigurante hanc cladem *Anglorum*, quæ ilico ſubſecuta eſt.

*(Fortium.)

Haraldus, Rex *Norv.* in *Anglia*, prælio occumbit.

An. 1066.

Iſte *Haraldus*, in adoleſcentia ſua, multa ſtrenuè geſſerat, ſubvertendo plurimas civitates paganorum, magnaſque pecunias aufferendo, in *Ruſcia*, in *Æthiopia*, quam nos materna lingua *Blaland* vocamus. Inde *Hieroſolymam* profectus eſt, ubique famoſus & victorioſus. Poſtea peragrata *Sicilia*, magnaque pecunia id locorum extorta, venit

Hujus *Haraldi* Reg. *Norv.* peregrinationes, & res geſtæ.

Con-

Conſtantinopolin, ibique apud Imperatorem accuſatus, inflicta eidem Imperatori ſatis probroſa ignominia, inopinabili fuga elapſus eſt.

CAP. XXIX.

De Olauo, filio ejus.

Olavus, filius *Haraldi*, redit in *Norvagiam*.

INterfecto itaque *Haraldo* eodem in *Anglia*, regreſſus eſt filius ejus *Olauus*, cum reliquo exercitu, in *Norwagiam*. Idem verò *Olauus*, fratrem habuit, *Magnum* nomine. Hic præfuit uno anno ſolus, dum frater ejus moraretur in prædicta expeditione ad *Angliam*. Deinde, *Magnus* paucis ſupervixit annis, relicto uno filio, *Hacon* nomine: quem ſuſcepit nutriendum vir probus & inter ſuos primo loco natus, *Stegarthorer* nomine. Poſt hoc regnavit *Olauus* viginti ſeptem annis, vir Deo & hominibus charus, paci per omnia & quieti temporum ſtudens, ſua cuique permittens, improborum nequitiam ſolo imperio coërcens. Iſte conſtruxit Baſilicam in honorem Sanctæ Trinitatis in *Nidroſienſi* Metropoli, ubi nunc requieſcit corpus Beati *Olaui* Martyris; ſicut & prius pater ejus *Haraldus*, Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis in eadem civitate conſtruxerat, ut hactenus cernitur.

Moriens, filium relinquit *Haconem*.

Laus *Olavi*.

Qui conſtruxit Baſilicam *Nidroſienſem*.

Et pater hujus *Haraldus*, templum B. Virginis *Nidroſienſe*.

nitur. Nec facilè dixerim, aliquem Regum *Norwagienſium*, feliciori uſum imperio, à tempore *Haraldi Bene-comati*, uſque ad præſens. Hic obiit *in Wic*, ſepultus verò fertur in prædicta Eccleſia *Nidroſienſi*, quam ipſe conſtruxerat.

Cap. XXX.

De Magno Berſert & Mentio de prodigiis, quæ præceſſerunt mortem Karoli Magni.

Huic ſucceſſit *Magnus*, filius ejus ex concubina natus, cujus cognomen *Nudipes*. Hic regnavit annis decem, quorum unum ſimul cum filio *avunculi* ſui, *Hacon*. Hic *Hacon*, juvenis bonæ indolis, tributa, eatenus injuſte impoſita, à cervicibus comprovincialium abſtuliſſe laudatur. Poſtea immatura morte ex hac luce ſubtractus, *Magno* avunculo, ſuo reliquit regnum: qui præfuit poſtea annis novem. Hic *Magnus*, patri multum diſſimilis moribus, avo ſuo *Haraldo* magis fuit confirmis. Et quia paulo ſuperius fecimus mentionem, eundem *Haraldum* de equo corruiſſe, & in illo caſu mortem ejus præfiguratam fuiſſe, libet paucis abſolvere, quæ prodigia præceſ-

Magnus Nudipes, Rex Norv.

(Patrui.)

Regnat cum *Hacone*, filio *Olavi*.

Inde totus regno Nor. præeſt.

Digreſſio, de prodigiis quæ anteceſſerunt mortem *Caroli M.*

ſerint occaſum victorioſiſſimi, & inter præcipuos viros præſtantiſſimi viri, *Caroli Magni*. Primum prodigium fuit Pons Magontiæ, ultra Rhenum, firmiter conſtructus, ita ut perpetuo durare putaretur, per *Octo* * (Sigebertus per *decem*) *annos* fabricatus, cumque jam eſſet conſummatus, contracta nube ſuper pontem, eo ipſo die fulmen emicuit totumque combuſſit, ita ut nec haſtula quidem ſuper aquam remaneret. Secundum fuit, porticus ingens, *Aquisgrani*, inter Baſilicam & Palatium, quæ, cum ipſe Imperator die Dominica ſuperiorem Eccleſiam vellet intrare, ante pedes ejus tota, uſque ad terram collapſa eſt. Tertium fuit, nomen ipſius Principis, aureis literis, in ſummitate maceriæ conſcriptum, adeo magnis, ut in pavimento quis ſtans facillime legere poſſet: quod ultimo ætatis ſuæ anno, ita deletum fuit ut nullo modo legi poſſet. Quartum fuit ſignum, præfigurans mortem ipſius, quod cum equitaret ſereno die, ferens lanceam manu, fulgur cecidit ante pedes equi, una cum Rege ipſum dejiciens, lancea quoque de manu ejus longè projecta eſt, cinguli rupti, Imperator tamen ſine læſione permanſit. Hoc contigit in ultima

(Ex *Sigeb. Gemblac.* Anno 811. p. 560.)

(*Turpinus* de Geſtis *Caroli M.* c. 32. *Cluv.* p. 494.

* *Aſtula*, æ. & *Aſſula*, & cum adſpiratione, *Haſtula* partes materiæ ſunt, aſcia abraſæ, Spähne Græcè χιδία: vel ab *aſcia* dictæ; vel *abſiliendo*; vel verius ab Aſſe & Aſſere: unde *Coaſſare*, & *Coaſſatio* apud Vitruvium: & *Aſſulatim*, apud *Plautum*. *Beda*, in vita S. *Felicis*: ſumitem de ligno S. Crucis *aſtulam*, miſit in incendium &c.)

ma expeditione ſua, quam habuit contra *Hemmingum*, Regem *Daciæ*, qui ſuperbe locutus fuerat contra majeſtatem ejus imperialem, tranſiens per mediam *Saxoniam*, quam in annis triginta jugiter rebellantem, multo ſudore & infatigibili inſtantia, vix ſuavi jugo Chriſti inclinavit. Ter namque, Epiſcopos ac Presbyteros ad ſe miſſos, crudeliter necaverunt. Tandem ergò clementiſſimus Imperator, pertæſus malitiæ eorum, miſit & fecit interimi omnes, quotquot gladio ejus altiores eſſent, utriuſque ſexus progenitores. Tum verò ſolis pueris remanentibus, fecit eis ordinari Epiſcopos ac Presbyteros, qui illos docerent viam ſalutis æternæ, & ſic, *quò ſemel imbuta recens fuit, ſervavit odorem*, teſta diu! *Hemmingus* tamen, audito adventu Imperatoris, ſupplex obviam proceſſit, & veniam promeruit. Licet itaque *Karolus* certiſſimè cognoſceret, hæc ſigna, ſuam quodammodo proloqui mortem: tamen, conſtantia virili & magnitudine animi, cuncta diſſimulaverat. Invictæ enim virtutis in ipſo inſigne emicuit, qua animi præſtantia, non minus proſpera, quàm adverſa calcavit. Et ne aliquod virtutis veſtigium ſublimitatem ejus præteriret; in parandis amicitiis & retinendis, penè cunctos mortales

(Hic obiit An. 811. teſte *Gemblacenſ.*)

Hemmingus Daniæ R. fit ſupplex *Carolo* M.

teles anteibat. Nam & amicos facilè admittebat, & diligentiſſime colebat. Redeamus ad noſtra.

CAP. XXXI.

De Geſtis ejuſdem Magni.

Mortuo *Hacone*, *Sueino* quidam, regnum *Norv.* arripit.

MOrtuo itaque *Hacon*, filio *Magni*, fratris *Olavi*, *Steiger Thorer*, qui eum nutrierat, dolens, *Magno* totum regnum *Norwagiæ* ſubjici, levavit quendam *Sweinonem*, filium *Haraldi* cujuſdam, Pſeudoregem adverſus eum, ſicut mos eſt *Norwagienſibus*. Quo comperto, *Magnus* ilico fugientem inſecutus, comprehendit eum in parva quadam inſula, in provincia quadam *Hologaland*, nomen inſulæ *Wambar Holmr*, ibique ei vitam laqueo extorſit, cum quodam alio principe, nomine *Eigil*, viro probo & valde eloquenti: prædictus verò *Sweino* evaſit. Poſt hoc, *Magnus* expeditionem paravit in *Gautiam*, volens ibi repetere tres provincias, quarum iſta ſunt nomina, *Dalr*, *Hofuth*, *Wear*. Hac, dixit antiquitus fuiſſe Regum *Norwagienſium*, ablatas verò violentia Regum *Gautorum*: ideoque, ſe velle armis repetere,

Sed interficitur à *Magno* Rex Norv.

Qui expeditionem parat in *Iutiam*, vel *Gothiam*.

tere,

tere, ſi aliter non daretur optiò, juxta illud *Lucani*: l. 1. p. 348.

— *Arma tenenti*
Omnia dat.

Et in illa quidem prima expeditione, parum profecit. In ſecunda verò, bellum quidem geſſit, ſed victus, refugit ſolus, uno tantùm comite perſequente, *Augmundi* filio, *Scopta*. Interea verò, pax convenit, beneficio *Ingonis*, Regis *Gautorum*, ſilii *Strinkels*, viri probiſſimi, qui etiam filiam ſuam ei in matrimonio junxit, *Margaretam*, tradens ei prædictas provincias dotis nomine. Fuerunt tunc in exercitu *Magni*, plures nobiles viri, inter quos palmam tenebat, non minus probitatis, quàm nobilitatis, *Siwardus Ulstrengr*, qui poſtea ædificavit Cœnobium nobile in honore Beati *Benedicti*, nec non & pretioſiſſimi & invictiſſimi Martyris Chriſti *Laurentii* in parviſſima quadam Inſula, quæ adjacet Metropoli *Nidroſienſi*: Deinde profectus eſt *Magnus* ad Orcadas, Inſulas regni ſui, homo inquietus, alienis inhians, propria parvipendens. *Scotiam* & *Cornubiam*, quam nos *Bretland* vocamus, rapinis infeſtavit, piraticam exercens, ibique tunc *Hugonem*, *Cornubiæ* Comitem, reſiſtentem

Pax convenit inter *Magnum*, R. Norv. & *Ingonem*, R. *Gautorum*: qui illi filiam deſpondet *Margaretam*.

Magnus R. Norv. *Scotiam* & *Cornubiam* rapinis infeſtat.

tem ſibi, cognomento *Graſſum*, interfecit. Fuit tunc cum eo *Erlendus*, Comes *Orcadum*, unà cum optima prole ſua *Magno*, bonæ indolis adoleſcente, decem & octo annorum: Qui quanti apud Deum ſit meriti, crebra teſtantur miracula. Fuerunt & alii multi, *Dagr* Pater Gregorii, *Witheuthr* filius Johannis, *Ulfr* Rana, frater Siwardi, patris Nicolai, quem *Quſtain* infelix Tyrannus occidit in *Nidroſienſi* Metropoli, & plures alii.

CAP. XXXII.

De morte ejuſdem Magni, & filii ejus.

Redit in *Norwegiam.*

ONuſtis itaque navibus plurima præda, Rex *Magnus* in *Norwegiam* revertitur. Paucis deinde interpoſitis annis, iterum claſſem paravit, & ſolita mentis inquietudine *Hiberniam* repetiit, ſpe ſubiiciendi ſibi totam inſulam. Cumque ſibi partem aliquam inſulæ ſubjugaſſet, ſperans, ex facili reliquam poſſe ſubjici, incautius exercitum ducere cœpit, eodem modo deceptus, quo & avus ejus *Haraldus* in *Anglia*. *Hibernienſes* verò, collecta omni multitudine, parati pro patria mori, reditum ad naves intercipiunt, hoſtes ſtrenuè invadunt, regem *Magnum* proſter-

Rurſum vadit *Hiberniam.*

Interficitur ab *Hibernis.*

ſternunt. Pars exercitus cum illo occubuit, ceteri utcunque ad naves remeaverunt. Magnus reliquit tres filios, *Auguſtinum*, *Siwardum* & *Olauum*. Pergens in *Hiberniam*, *Siwardum* ſecum duxerat ad *Orcades*. Mortuo patre, reverſus eſt in *Norwagiam* & unà cum fratribus in regnum ſublimatus eſt. *Olauus*, tertio anno, poſt patris obitum, immatura morte præventus, ex hac luce ſubtractus eſt, planxitque eum omnis *Norwagia*, eò quòd pro morum elegantia, & ſuavitate eloquiſ, cunctis gratus extiterat. Poſt ejus obitum, duo fratres regnum inter ſe diviſerunt. Poſtquam verò *Auguſtinus* tenuerat regnum annis viginti, rebus humanis deceſſit: tenuitque frater ejus *Siwardus* ſolus totam *Norwagiam* annis ſeptem. *Auguſtinus* exſtitit probitate conſpicuus, moderatione & prudentia non minus ſeipſum, quàm ſubjectos agens (regens.) Rex pacificus, rerumpublicarum diligens adminiſtrator, Chriſtianæ religionis adprimè cultor: unde & Cœnobium in honore Sancti Michaëlis Archangeli, juxta *Bergenſem* civitatem, ſicut hactenus cernitur, conſtruxit. Ædificia etiam regno perutilia plurimis in locis ædificavit, ut palatium Bergis, venuſti operis, licet ligneum, quod modò præ nimia vetuſtate pene collapſum eſt: Portum etiam in

(Vide Chron. Regum *Manniæ* apud *Chambdenum*. p. 687. in *Britannia*.)

Filii tres relicti Regnum Norvagiæ gubernant.

Siwardus, fratribus defunctis, ſolus rerum potitur.

Opera ab hoc condita, ſacra & profana.

in loco, qui dicitur *Agthanes* naviganti-bus valde utilem: imitatus in hoc *Auguſtum* Cæſarem, qui portum *Brunduſii*, pene toto mundo profuturum, conſtruxit. Idem etiam *Auguſtus*, publicas vias per loca prius invia & paludoſa, miris ſumptibus ad utilitatem totius regni, ſterni præcepit. In qua etiam publica * *Strata*, tam pacata voluit eſſe omnia, ob honorem Imperatoris; ut ſi quis in ea deprehenderetur fur, ſeu homicida, vel maleficus, nullam penitus læſionem, quàm diu ibi moraretur, pateretur. Quod ita fuiſſe inſtitutum, ex antiquorum ſcriptis ſatis probatum eſt.

Digreſſio, de Operibus Auguſti Cæſaris.

(* viam publicam.)

CAP. XXXIII.

De Rege Siwardo & geſtis ejus.

INter multa, quæ *Siwardus* Rex egregiè geſſit, illud præcipuè laudibus celebratur, quòd H*ieroſolymam* cum claſſe profectus eſt, ſeptimo poſteaquam illa civitas à tyrannide *Perſarum*, Dei miſericordia, erepta eſt anno. In illo itinere, multas civitates paganorum laudatur ſolo proſtraſſe: Inter quas & *Sidonem*, urbem famoſiſſimam *Phœnices* provinciæ, pa-

Siwardus R. Norv. Hieroſolymam proficiſcitur.

Sidonem Chriſtianis reſtituit.

paganis abſtulit, Chriſtianis reſtituit. Caveam etiam quandam, in cujuſdam montis latere, latronibus pleniſſimam, totam regionem infeſtantibus, non minus ingenio, quàm viribus cepit, patriamque ab illorum latrocinio liberavit. Multis itaque ſtrenuè geſtis, plurimiſque à Rege *Balduwino* honoratus donariis, inter quæ præcipuum & meritò ceteris anteponendum fuit portio ligni Crucis Dominicæ: rediit *Siwardus* de eadem expeditione cum ingenti gloria, vivente adhuc *Auguſtino* fratre ſuo. *Siwardus* inter optimos principes tunc meritò numerandus: poſtmodum verò inter mediocres, dicentibus quibuſdam, ſenſum illi fuiſſe immutatum propter potionem cujuſdam noxiæ confectionis. Sed qui hoc affirmant, viderint ipſi, quid dicant: nos iſta in medio relinquimus.

A *Balduino* R. Hierol. donis colitur.

Reditus & morbus.

CAP. XXXIV.

De Haraldo Hibernienſi.

Haraldus quidam, ſe filium Magni Nudipedis eſſe aſſirmat.

Per vomeres ignitos probat.

(Craintz. lib. 5. Norvveg: c. 6.)

Concluſio Operis.

HAc tempeſtate, venit *Haraldus* quidam de *Scotia*, ad *Siwardum* Regem, dicens, ſe eſſe fratrem ejus, filium ſcilicet *Magni* Regis, cognomento *Nudipedis*, petens obnixè, ut ſibi liceret, ſecundum leges patriæ, comprobare quod dicebat. *Siwardus* verò Rex, ſeverius æquo, ut quibuſdam viſum eſt, juſſit eum calcare novem ignitos vomeres, contra Eccleſiaſticam cenſuram: Sed ut creditur, divinitus abjutus inuſtus apparuit. Paucis exinde annis, Rex *Siwardus* hominem exuit. Nos quoque hujus ſchedulæ hic finem facimus, indignum valde judicantes memoriæ poſterorum tradere ſcelera, homicidia, perjuria, parricidia, Sanctorum locorum contaminationes, Dei contemptum, non minus religioſorum deprædationes, quàm totius plebis, mulierum captivationes & ceteras abominationes, quas longum eſt enumerare: Quæ ita exuberarunt quaſi in unam ſentinam, poſt mortem prædicti Regis *Siwardi*, ita ut noſtram gentem ſpecialiter

cialiter videatur notaſſe Satyricus cum diceret:

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verumque fideſque,
In quorum ſubiere locum fraudeſque dolique
Inſidiæque & vis; & amor ſceleratus habendi.

Celanda etiam eſſe crimina propriæ gentis, Lucanus admonet, cum dicit: (Lib VII.)

Hanc fuge mens partem belli, tenebriſque relinque
Nullaque tantorum diſcat, me vate, malorum
Quàm multum liceat bellis civilibus, ætas.

Et alio loco: (Lib. VII.)

Quicquid in hac acie geſſiſti Roma tacebo.

Pauca hæc de anteceſſoribus noſtris rudi licet ſtilo, ut potui, perſtrinxi, non viſa, * ſed audita retractans. Qua propter, ſi quis dignatus fuerit hæc legere, cui fortè diſplicuerit ſeriem rerum geſtarum ſic me ordinaſſe, quæſo ne me mendacii arguat, quia aliena relatione didici, quod ſcripſi. (* Vide præfat.)

Et

Et ſciat pro certo, me iſtarum rerum relatorem alium potius voluiſſe, quàm me, quod quia hactenus non contigit, me malui, quàm neminem.

Explicit Hiſtoria Theoderici Monachi de Antiquitate Regum Norwagienſium.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM
Memorabilium quæ in Chronico hocce Norvagico continentur.

A.

ABſalon *filius Davidis.* Cap. 26.
Accipitres xx. dantur quotannis Regiæ Daciæ tanquam tributum ex pacto. C. 5.
Adalredus, *Rex Angliæ, reconciliatur fratribus ab Olavo.* C. 15.
A Kanuto *Rege Daniæ privatur Regno.* C. 15.
Æthiopia *Norvagis dicitur* Blaland: C. 28.
Agthanes *locus.* C. 7. c. 10. *portus prope* Bergas. C. 32.
Alding *conventus publicus Iſlandorum.* C. 12.
Alſiva *mater* Sveinonis. C. 21.
Ambitioſorum punitorum exempla. C. 26.
In Ambitionem invectiva. C. 26.
Apocryphi libri. C. 26.
Aquisgrani Porticus collapſa portendit mortem Caroli M. C. 30.
Aros *locus.* C. 24.
Aſta *mater* Olavi *martyris.* C. 13.
Aſtrides *ſoror Canuti Regis Angliæ.* C. 24.

Aſtri-

Aſtrithar *mater Olavi.* C. 7.
Attila. C. 17.
Augmundi *filius* Scopta. C. 31.
Autor qua ætate vixerit. C. 18.
Auguſtinus *Magni F.* C. 32.
Regnavit annos 20. C. 32.
Ejus laus. C. 32.
Cœnobium S. Michaëlis *juxta civitatem Bergen-ſem exſtruxit.* C. 32. *item Palatium Bergenſe* C. 32.
Auguſtus Cæſar *portum Brunduſii exſtruxit.* C. 32. *vias publicas ſtravit.* C. 32. Auguſti *Cæſaris tempore in via publica non furem, non homicidam capere licebat.* c. 32.
Avunculus pro patruo. c. 27. c. 30.

B.

Balduinus *Rex Hieroſolymitanus.* c. 33.
Barke *ſervus occidit Regem* Hocon *in ara porcorum* c. 10,
Bergenſe palatium ab Auguſtino Rege *exſtructum* c. 32.
Bergenſis portus ab eodem exſtructus c. 32.
Berghliot *ſoror* Olavi. c. 15.
Biorn *vexillifer Regis* Olavi *occiditur à* Thori Hund:

Hund. c. 19.
Bipennis S. Olavi *aſſervatur in Eccleſia Nidroſienſi* c. 24.
Borgieri de Wic: *princeps Norvagiæ* c. 13.
Blaland *dicitur Norvagis* Æthiopia. c. 28.
Bredland. Norvagienſib. dicitur Cornubia. c. 31.
Brennorar *Inſulæ.* c. 22.
Brunduſii portus ab Auguſto *Caſare exſtructus.* c. 32.

C.

CAroli Magni *pactum cum Fratre* Carolomanno c. 23. *Vicit* Deſiderium *Regem Longobardorum.* c. 23. *Ipſius mortem antecedentia prodigia* c. 30. 30 *annos bella geſſit cum Saxonibus.* c. 30.
Carolus M. *vicit* Deſiderium *Regem Longobard.* c. 23.
Carolomanni *uxor profugit ad* Deſiderium *Regem Longob.* c. 23.
Charybdis quid. c. 17.
Cœnobium S. Michaëlis *juxta Bergas ab Auguſtino Rege exſtructum.* c. 32.
Cœnobium in honorem S. Benedicti & Laurentii *Martyris in parva inſula quæ adjacet Metropoli*

poli Nidroſienſi *exſtructum à* Sigwardo Ulſtrenger. c. 31.
Cometa bellum prædicens. c. 28.
Conſtantini Magni *baptiſmus*. c. 13
Cornubia *Norwegienſibus dicitur Bretland*. cap. 31.

D.

D*Æmonum cultus ex Norwegia exterminatur ab Olavo*. c. 11.
Dagr. *pater* Gregorii, c. 31.
Dagr. *princeps Norw. vexillum erigit occiſo Olavo* c. 19.
Daln *provincia* Gautiæ c. 31.
De Diluvio & Exuſtione. c. 18.
De Diminutione corporum humanorum c. 18.
Diſco operientes. c. 10.
Diſſidia Haconis & Gunnildæ c. 6.
Diſſidium inter Ericum & Sveinonem *filios* Haconis *mali*. c. 14.
Domitianus *inſidiatur* Tito, *patris filio*. cap. 26.
Domitianus *Secundam perſecutionem movit in Chriſtianos poſt* Neronem c. 26.

Einar

E.

EInar Thambas Kalme *ſororius* Olavi, c. 15. 21. 25. 36.
Ericus Haconi *Madii F. vovit ſe Chriſtianum fore, ſi victoriam adipiſcatur.* c. 14. Ericus *duas regni Norw: partes accepit, ſed ſine regio nomine.* c. 14. Erico *deſpondetur filia* Sveinonis *Regi Daniæ,* cap. 14. Ericus *dum ſibi pituitam abſcindi curat, nimia effuſione ſanguinis moritur,* cap.
Ericus Haraldi *F. Rex Norweg. cognomento* Fratrum interfector. c. 2. *propter crudelitatem abdicatus, navigavit in Angliam, ibique obiit.* cap. 2.
Erlingus *princeps Norwegiæ.* c. 13.
Erlingus *filius* Scialgi *de Sola Princeps, Norwegiæ* c. 16.
Erlendus *Comes Orcadum.* c. 31.

F.

FIthr *filius* Arvæ *Princeps Norwegiæ.* c. 18. Fithr *frater* Kalfs *nomine Olavi pacem populo* Throndenſi *offert, ſed fruſtra.* c. 19.

Floke *fuit in Iſlandia ante* Ingulfum. c. 3.
Fruar, *locus in inſula* Sporch, c. 4.

G.

GArthar *fuit in Iſlandia ante* Ingulfum. c. 3. Garthar Solme *dicitur* Iſlandia. c. 3.
Gauthorum *Reges abſtulere tres provincias Norvagienſibus*. c. 31.
Gitror de Scalaholti *Iſlandus*. c. 12.
Gothroth Gunnelſæ *F. è regno fugatur*. c. 5. *crematur à* Borgiero *in quadam domo*. c. 13.
Gothroth dar Syr *filius* Haraldi *Benecomati*. c. 13.
Gunildar *Uxor* Erici *crudelis eſt*. c. 2.
Gunnildar *regina uxor* Erici *inſidiatur* Olavo Triggii *filio*. c. 4.
Gunildæ *&* Haconis *diſſidia*. c. 6. Gunnilda *ab* Haraldo *Rege Daciæ adhuc pagano ſuaſu* Haconis *in matrimonium expetita demergitur in paludem*. c. 6.

H.

HAçon è Kanuti *ſorore natus* c. 16. *reſtituitur in regnum Norwegiæ* c. 16. *in itinere Anglicano incidit in Charybdin* c. 16.

Ha-

Hacon *Magni F. nutritur à* Stegar-thorer c. 29. *tributa ſubditis minuit & juvenis moritur.* cap. 30.

Haller de Sithu *Iſlandus Chriſti fidem ſuſcipit.* c. 12.

Halſtanus. *Rex Anglorum.* c. 2.

Haraldus Hardra *dicitur Frater* S. Olavi, *redit ex Gracia* 25 *cupit Norwagiam ſecum dividi* 25 *Haraldo promittitur dimidia pars Daciæ, ſi poſſent Magnum inde ejicere,* 25. Haraldi *fratris* B. Olavi *Laus.* 28. *ejuſdem res geſtæ* c. 28. *parat expeditionem in Angliam* c. 28. *cum* Toſta *fratre Regis Angliæ occupat provinciam Northumbrorum,* Haraldo *Rege Angliæ in Normannia exiſtente.* c. 28. *equo cadente in terram excuſſus malum omen habuit* 28. *in Anglia occubuit.* c. 28. *in Juventute ſua fuit in Ruſſia & Æthiopia.* c. 28. *Hieroſolymis, Conſtantinopoli.* c. 28.

Haraldus *de Scotia veniens dicit ſe eſſe filium Magni Nudipedis.* c. 34.

Haraldus *filius* Giornis *Rex Daciæ primus Chriſtianus factus* c. 4. *ad Chriſtianiſmum convertitur ab* Ottone *Imp.* c. 5.

Haraldus *Daciæ Rex* Gunildam *in matrimonium expetitam demergit in paludem.* c. 6.

Haraldus *Pater* Olavi *martyris*. c, 13.
Haraldus *pulchre-comatus expulit omnes Regulos Norvagiæ & ſolus regnavit*. c. 1.
Ante Haraldi *pulchre-comati tempora nulla regalis ſtemmatis ſucceſſio fuit in Norvagia*. Præfat.
Hartha Knuth *filius* Kanuti *frater* Sweinonis *obviam it Magno Regi Norwegiæ*, cap. 22.
Helganes *locus ubi prælium commiſſum inter* Magnum & Sveinonem. c. 24.
Hemmingus *Daciæ Rex fit ſupplex* Carolo *M. & veniam meretur*. c. 30.
Hialte de Thiorſarvale *Iſlandus* Cap. 12.
Hieronymi *mors* c. 18.
Hiorlefus *cum* Ingulfo *navigat in Iſlandiam*, c. 3.
Hocon Grafeldr Erici *F. fit Rex Norwegiæ* c. 4. *occiditur in Dacia* c. 4.
Hocon, *Comes*, *filius* Sigwardi *cognomento* Malus c. 4. *regnum Norwegiæ opera* Haraldi *Regis Daciæ obtinuit annis triginta, ſed ſine regio nomine*, c. 5. *viginti accipitres ſingulis annis* Haraldo Daciæ *Regi perſolvere ex pacto tenetur* c. 5.

c. 5. *fit Dæmonum ſervus.* c.6. *ſolvit pactum quod cum* Haraldo, *Rege Daciæ pepigerat.* cap. 6. *inſidias ſtruit* Olavo *filio* Triggi c.7. *per avunculos* Olavi *juſſit ei annunciare ſuum obitum* c.7. Hocon *in ara porcorum à concubina ſua* Thora *abſconditus occiditur à proprio ſervo.* c.10.

Hocon Haraldi *F. fit Rex Norwegiæ.* c. 2. *petitur bello ab* Erici *fratris filiis* c.4. *ſagitta percutitur.* c.4.

Hofath *provincia Gautiæ* c.31.

Hologaland *provincia.* c.31,

Horehland, c.3.

Hungaria *olim* Pannonia *dicta,* c.17

De Hunnis c.17.

Hyringi *princeps Norwegiæ*, c.13.

I.

Idololatræ *dicti* Seithmen *cremantur igne ab* Olavo c.11.

Ingi gerthi *filia* Olavi *Regis Sveciæ nupta* Wirtzlau *Regi Ruſſiæ* c.16. *educavit Magnum filium* B. Olavi c.16. *non vult Norvagienſibus Magnum reddere, niſi juramento promittant ipſum in Regem ſublimandum.* c.21.

Ingo *Rex Gauthorum*, *filius* Strinkels *deſpondet Magno Regi Norw. filiam* Margaretam *cum dote trium provinciarum* c.31.
Ingulfus *inventor Iſlandiæ.* c 3.
Antè Ingulfum *qui fuerint in Iſlandia*, c.3.
Joſtem *&* Karthhofoth *avunculi* Olavi, c.7.
Cum Joviano *Imp. comparatur* Olavus, c.8.
Iſlandia *convertitur ad Chriſtum per* Theobrandum *&* Thermonem *Presbyteros*, c.12.
Iſlandia *cur putetur eſſe Thule*. c.12.
Iſlandia, *quando inventa*, c.3,
Iſlandia *coli cœpta ab Ingulfo*, c.3.
Iſlandi *diligentiſſimi in notandis patriæ rebus* Præf. c.1.
Iſlandorum *conventus publicus dicitur* Alding, cap. 12.
Iſlandia *dicta Gartharfholmr*, c.3.
Iſleifus *primus Iſlandiæ Epiſcopus*, c.26.
Itinerarium Clementis, c.26.
Julianus *Apoſtata*, c.8.

K.

KAlf, *filius* Arva, *princeps Norwegiæ*, c.16. 19.21.
Kanutus *Daciæ & Angliæ Rex ſollicitat Princi-*

pes

pes Norvegiæ contra Olavum c. 16 *venit in Norvegiam cum* 1200 *navibus*, c. 16. *reſtituit* Haconem, *ſororis ſuæ filium in regnum Norvegiæ* c. 16. *moritur*. c. 22.

Karthhofoth *avunculus* Olavi. c. 7.

L.

L*iber de Infantia Jeſu* c. 26. *de Nativitate B. Mariæ* c. 26.

Longobardi, *quaſi Longobarbi*, c. 17.

Longobardi *gens ferox & DEO inimica*, cap, 17.

Longobardorum *Regnum quam diu in Italia duraverit*, c. 23.

Luirſorges Heithr: *locus prælii*, c. 24.

M.

M*Agnus* B. Olavi *F: nutritur in Ruſſia*, c. 21 *accerſitur è Ruſſia* c. 21. *fit Rex Norvegiæ* c. 21: *vult ulciſci injurias Danorum adverſus Reges Norveg*. c. 22. *init pactum cum* Harte Knut, *Rege Daciæ de ſucceſſione*, c. 22. Magnus *ſuccedit* Kanuto *in Regno Daciæ*. cap. 24. *committit prælium cum Wandalis*, *Daciam infeſtantibus eoſque vincit*, c. 24. *dividit Norvegiam cum patruo*

truo Haraldo: *ipſe tamen ſolus retinet Daciam.* c. 27. *expellit* Sveinonem *e Dacia*, 27. *morti vicinus reſignat* Sveinoni *Daciam.* c. 27. *Magni encomium* c. 27.

Magnus Olavi *F. ex concubina cognomento* Nudipes *patri ſuccedit* c. 30. *regnat cum filio patrui ſui Hacon.* 30. *parat expeditionem in Gautiam* cap. 31. *ducit* Ingonis *Regis Gautorum filiam* Margaretam c. 31. *Scotiam & Cornubiam rapinis infeſtat.* c. 31. Hagonem *comitem Cornubiæ cognomento Groſſum interfecit.* cap. 32. *denuo invadit Hiberniam.* cap. 31. *Ab Hibernenſibus interficitur.* c. 32. *relinquit tres filios*, Auguſtinum, Siwardum, Olaum.

Magnus Haraldi *F.* Olavi *frater, reliquit filium, nomine* Hacon. c. 29.

Moerin, *locus in Nodroſienſi ditione Idolorum reſponſis celebris* c. 11.

Moſter, *inſula, ubi primam Eccleſiam Norvegiæ ædificavit Olaus.* c. 10.

N.

NEſiar *locus.* c. 15.

Nicaſius *Archiepiſcopus Rhemenſium ab Hunnis occiſus* c. 17.

Ni-

Nidroſia. c. 10.

Nidroſienſis *Baſilica ab* Olavo *conſtructa in honorem S. Trinitatis*. cap. 29. *Nidroſiæ ſepultus Olavus Rex*. c. 29.

Norwegienſibus mos eſt contra Reges ſuos alios Pſeudo-Reges levare c. 31. *Norwegia habuit tres fratres Reges ſimul*, c. 32.

O.

OLaus *F. Tryggi à* Waldemaro *Rege nutritus*. c. 7 *inſidiæ ipſi ſtruuntur ab* Hacone *Malo* c. 7. *vovit ſe Chriſtianum fore*. c. 7. *abiit in Hiberniam*. c. 7. *baptizatur in Hibernia ab Abbate* Bernhardo. c. 7. *Mater ejus* Aſtrithar. c. 7, *ab* Hacone *per avunculos doloſe accerſitur in Norwegiam*. cap. 7. Olavus *fide habita avunculis redit in Norwegiam*. cap. 8. *adducit ſecum* Sigwardum *Epiſcopum*, Theobrandum *&* Thermonem *presbyteros*. cap. 8. *vult Norwegianos ad Chriſti fidem convertere, comparatur cum* Joviano *Imp*. cap. 8. *cogit* Sigwardum *Orcadum comitem ſuſcipere baptiſmum*. c. 9. *Ædificavit primam Eccleſiam in Norwegia* c. 10. Olavo *deteguntur inſidiæ* Haconis *ab avunculis*. c. 10. *levatus in Regem bello perſequitur* Haconem. c. 10. *Laqueo necat ſervum*, *qui*

qui Haconem *occiderat*, c. 10. *Dæmonum cultum ex Norwegia exterminat*. c. 11. *igne cremat octuaginta idololatras*, c. 11. *Sorores ſuas locat in matrimonium Principibus Norwagiæ* c. 13. *Baptizari curat Olaum filium Haraldi*. c. 13. *bello petitur à* Sveinone *Rege Daniæ*, Olavo *Rege Sveciæ & Erico*, Haconis *Mali F*. c 14. *de morte* Olavi *diverſa ſententiæ*, c: 14.

Olavus Haraldi *frater*, *qui poſtea Martyr factus eſt*, *matrem habuit* Aſta c. 13. *ubi baptizatus fuerit*, *ignoratur* cap. 13. *Accerſitus fuit à* Wilhelmo *Normanniæ Duce*, *contra* Robertum *Regem Franciæ Capetum* cap. 13. *Moratur in Anglia*, *durantibus Turbis in Norwegia* cap: 15. *reconciliat* Adalredum *Regem Angliæ fratribus*, cap. 15. Olavo *multa fuerunt ab Heremita quodam prædicta*. c. 15. *Redit ex Anglia in Norwegiam*. c. 15. *qua aſtutia ceperit* Haconem *cum navibus adventantem* c. 15. *fugit in Ruſſiam* c. 15. *Leges patria lingua conſcribi fecit*, c. 16. *Laus* Olavi c: 16. *duxit uxorem* Aſtrithi *filiam* Olavi *Regis Svecorum* c. 16. *oppugnatur à* Kanuto *Daciæ & Angliæ Rege* c. 16. *Videns ſe imparem* Kanuto, *abit in Sveciam ad Regem* Olavum

vum, *& inde in Ruſſiam* c: 16. *filium Magnum ex concubina ſuſceptum commendat* Wirtzlavo *Ruſſiæ Regi*, c: 16 *ſomno monitus ex Ruſſia redit in Norvagiam* c: 18. *Colligit exercitum ex Paganis, qui cum nollent baptiſmum admittere, dimiſit eos* c: 18. *à Throndenſibus deſeritur*, 18. *Eleemoſynas largitur pro caſuris in prælio, quod ſibi cum Sveinone Kanuti F. committendum eſſe videbat* c: 19. *Occiditur in prælio* 4. *Kal: Aug: An.* 1029. c: 19. *Laus* Olavi 19. *ejus corpus poſt annum & 5. dies elevatum eſt ab Epiſcopo* Grinkel *in Eccleſia Nidroſienſi*, c: 20. B. Olavus *Magno filio in ſomnis apparet, eumque hortatur ad prælium cum Wandalis committendum.* c: 24. S. Olavi *bipennis aſſervatur in Eccleſia Nidroſienſi*, cap. 24. B. Olavi *Martyris corpus requieſcit in Baſilica Nodroſienſi.* cap. 29.

Olavus Olavi *martyris ex fratre* Haraldo *nepos ex Anglia redit in Norvagia* c: 29. *Habuit fratrem, nomine Magnum.* cap. 29. Olavi *laus* c: 29. *conſtruxit Baſilicam Nodroſienſem in honorem S: Trinitatis* c: 29. *feliciſſime regnavit poſt* Haraldum *pulchre-comatum* c: 29. *obiit in Wic:* 29. *Sepultus Nidroſiæ in Baſilica à ſe exſtructa*, c: 29

Olavus *filius* Magni Nudipedis.c.32.
Orcades, *inſulæ parent Regi, Norvag.* c.9
Ottho *Eccleſiam & clerum plus ditavit, quam expediret*, cap.5. *Ex opulentia nata eſt ſuperbia.* c. 5.
Otthonis *Imp. Laus*. c.5.
Ourarſunt c.25.
Ouſtein *infelix Tyrannus*. c.14.

P.

PActum *de dividendo Regno Norvagiæ in tres partes, ſi Olavo poſſent Regnum adimere*. c. 13.
Pactum Caroli *M. cum fratre* Carolomanno.c.23
Pactum inter Reges Daniæ & Norvagiæ de mutua ſucceſſione.c.22.
Pactum Magni *&* Haraldi.c.27.
Palatium Bergenſe à Rege Auguſto *exſtructum*, c. 32.
Pallantii Evandri *F. cadaver effoſſum Romæ*. c.18.
Pannonia cur Hungaria *dicta*.c.17.
Paſſiones Apoſtolorum.c.26.
Pharia Inſula c.3.
Pharnaces Mithridatis F.c. 26.
Perlantz *fiorth locus in mari juxta Orcadas Inſulas.* c. 16.

Por-

Porgieri de Wic. c.13.
Pituitam abſcidere c. 14.
Portus Bergenſis ab Auguſtino *Rege exſtructus*. c. 32.
Probatio per ignem. c. 34.
Prælia Magni *&* Sveinonis *apud Helganes & Aros* c. 24.
Prælium cum Wandalis commiſſum in loco qui dicitur Luciſorges *Heithr*. c. 24.
Prodigia, quæ mortem Caroli *M. anteceſſerunt.* c. 30.

R.

RAgwalder *filius* Bruſæ c. 18. c. 21.
Rimul Vicus. c. 10.
Ringr, *filius* Dags *princeps Norvagiæ* c. 18.
Robertus *Franciæ Rex, Capetus.* c. 13.
Robertus *Rotomagenſis Metropolitanus* c. 13.

S.

SAutunghunt *locus*, c. 15.
Scopta *filius* Augmundi c. 31.
Scuta pro navi, c. 15
Scythia *ſuperior eſt* Suecia. *Præfat.*
Seculum præſens exuſtione finiendum. c. 18.

de

de Seculorum viciſſitudine Platonis *ſententia*. c. 18.
Seithmen, *Idololatræ igne cremantur ab* Olavo c: 11.
Servus qui Haconem *occiderat, pro præmio, quod ſperabat; laqueo ab* Olavo *necatur* c: 10.
Sigwardus Ulſtrenger *militat Regi Magno*. c. 31. *Ædificat cœnobium in honorem* S. Benedicti *&* Laurentii, *martyris in parva Inſula, quæ adjacet Metropoli Nidroſienſi*. c. 31.
Sigwardus Magni *F. Rex Norvagiæ*, c. 32. *cum claſſe profectus eſt Hieroſolymam* c. 33. *Sidonem paganis abſtulit* c: 33. *à* Balduino *rege donatur honorariis & inprimis portione ligni crucis Dominicæ*. c. 33. *fuit immutatus noxia potione* c. 33.
Sigwardus *vitricus* Olavi c. 15.
Sigwardus *comes Orcadum cogitur ſuſcipere baptiſmum*. c. 9.
Sigwardus *Epiſcopus*. c. 8.
Sigwardus *primus Conſulum, Inſularum, Orcadum Chriſtianus factus* c. 18.
Sirois *ambitio contra patrem* Coſroëm c. 26.
Slavia *dicitur lingua Norwagienſium* Umlandia c. 14.
Socla *inſula Latinis* felicitas. c. 15.

Sopor ex triſtitia ſæpè oritur. c. 10.
Stegarthorer *nutricius* Haconis Magni F. c. 29. *levavit contra* Magnum *Regem Norw. quendam* Sveinonem c. 31. *laqueo ſuffocatur à* Magno 31.
Stephanus *Protomartyr* c. 19.
Sticlaſtader, *locus*, c. 19.
Svein Bryggyfot, c. 21.
Sveino, *filius*, Ulfs & Aſtridis *ſororis* Kanuti *Regis Angliæ bellum infert* Magno *Regi Norw*. c. 24. *promittit* Haraldo *fratris* Olavi *dimidiam partem Daciæ, ſi poſſent* Magnum *inde ejicere* c. 25. Sveino *pellitur à* Magno *è Dacia*. c. 27.
Sveino *Rex Daciæ infert bellum* Olavo *Regi Norw*. c. 14. Sveino *deſpondet* Erico Haconis Mali *filio ſuam filiam*. c. 14.
Sveino Haconis, Mali F. c. 14.
Sveino *filius* Kanuti *Regis Angliæ & Daciæ opperitur* Olavum *in Wic*. c. 19. *moritur in Dacia*. c. 22.
Storch, *Inſula*, c. 4.
Sullingæ *Inſulæ* c: 7.
Suoln *Inſula propè Slaviam* c. 14.
Sublimata civitas. c. 10.

Theo-

T.

THeobrandus *presbyter*, c. 8. *convertit Iſlandiam ad Chriſtum* c. 12.
Thermopresbyter c. 8. *convertit Iſlandiam ad Chriſtum*. c. 12.
Thorſin, *filius* Sigwardi *comitis Orcadum* c. 9.
Thorgilis de Aulfuſi *Iſlandus*. c. 12.
Thore Hund. *Princeps Norw*. c. 16. *deficit ab* Olavo. c. 19
Thoror Klacca *antiquus traditor* c. 7. *interficitur*. c. 10.
Thialfahellir *locus* c. 7. c, 10.
Throndheim c. 19.
Throndenſium *inconſtantia* c. 15 *deficiunt ab* Olavo. c. 19.
Thule, *inſula*, c. 3. c: 12
Titus Veſpaſianus *delitiæ generis humani*. c: 26
Toſta *frater* Haraldi, *Regis Angliæ* c. 28.
Traditio, c. 7 & c. 10 *pro proditione*.
Traditor, c. 7. *pro proditore*.
Tryggia *filius* Haraldi *pulchre-comati*. cap. 4.
Tryggia *pater* Olavi, c. 4.
Tunga *locus ubi navali prælio occubit* Erlingus. cap. 16.

Ulfr

V.

ULfr Rana, *frater* Sigwardi. c. 31.
Umlandia, *dicitur Slavia*. c. 14.
Ulfildi, *filia* Olavi *nupſit* Otthoni *Duci Saxoniæ*, c. 16.
Upland. c. 19.
Wambar holmr *inſula provinciæ Hologolandt*. c. 31.
Wandali *infeſtant Daciam* c. 24. *Vincuntur à Magno Rege Daciæ & Norv.* c. 24.
Wear, *Provincia Gautiæ*. c. 31.
Wic. c. 15.
Wilhelmus *Normanniæ Dux*. c. 13.
B. Urſulæ *Martyrium*. c. 17.
Wirtzlaus *Rex Ruſſiæ*. c. 16.
Withentz *filius* Johannis. c. 31.

INDEX
AUCTORUM,

Qui in hoc Chronico Norvagienſi citantur.

B. Auguſtinus, c. 18.
Beda, c. 20.
Böetius præf.
Euſebius, c. 20.
Hieronymus, c. 18. 20.
Hugo de S. Victore, præf. c. 20.
Iornande, c. 17.
Iſidorus Hiſpalenſis, c. 20.
Lucanus, c. 18. 4.
Origenes, c. 18.
Paulus Diaconus, c. 17.
Plato, c. 18.
Plinius, c. 18. 17.
Remigius, c. 20.
Sigebertus, *Gemblacenſis*. præf.

Finis Indicum 1. Op.

COMMENTARIUS
Alter
HISTORICUS,
DE PROFECTIONE
DANORUM IN TERRAM
SANCTAM,

Circa annum CHR. M.C.LXXXVII. *ſuſcepta, eodem tempore ab incerto autore conſcriptus*:

Opera olim, & cura *Viri Cl.*

IOH. KIRCHMANNI, *Lubec.*
ex manuſs. Bibliothecæ *Lubecenſis* protractus, nunc primum editus ab hujus Nepote

B. C. KIRCHMANNO.

DEDICATIO

CELSISSIMO PRINCIPI ET
DOMINO

FRIDERICO

HEREDI NORVAGIÆ, SLESVICI ET HOLSATIÆ DUCI, PRINCIPI NOSTRÆ JUVENTUTIS VITAM ET FELICITATEM!

PRæſcribo ergo his vetuſtis Hiſtoriæ Borealis monumentis, nunc primum in lucem prodendis, & Tua, PRINCEPS CELSISSIME, nomina: & FRIDERICUM FRIDERICO conjungo. Nec ægrè quidem feretis, ſociari ita uno vos opere, quos non nomen tantum, illud exoptatiſſimum; nec ætatis ſolum parilitas: ſed eædem magnam partem olim vobis regnandæ ditiones; quos ſanguis idem & ſtemma inclitum, quod à FRIDERICO primo, inde & CHRISTIANO, Daniæ Norvagiæque, nominis & gloriæ æter-

ter-

ternatumque Regibus ; uterque deducitis; quos cognatio proxima, fratres amitini eſtis; quos idem ad magna & Principibus digna virtutum & gloriæ meditamenta, animus & inſtitutio, feliciter conjungunt. SALVETE ergo FRIDERICI! PRINCIPES NOSTRÆ JUVENTUTIS! GENTIS VESTRÆ DELICIÆ ET VOTA! Enimverò, quales inter deſævientium undarum, quas nondum eluctati ſunt, iras longum jactati nautæ, jam à Borea raptati infeſto, jam ab Auſtro preſſi incubante, cum poſt tot fortunarum ſuarum jacturas trepidi verentur, ne ipſa tandem navis e victa collidentium undarum & ſorbentis Oceani fiat ſpolium: ſi inter iſta tempeſtatum ſæva pacatum *Geminorum* effulgeſcat ſignum, tum vero læti auſpicatique ſideris mitiſſimo confirmati fulgore, ſperare incipiunt mitiora & deſævituras tandem procellas.

Implete ita olim, PRINCEPIS SERENISSIMI, nomina veſtra auſpicatiſſima, implete deſideria afflictiſſimorum ſubditorum! Credite has voces eſſe patriæ uni-

niverſæ, ad Vos, veluti mitiſſima ſidera, ſpem & vota ſua, non ſine gemitu, convertentis: Deum imprimis, à quo & cujus nutu ſalutaria Principum imperia diſpenſantur; in hæc publica deſideria religiosè deprecantis.

Accipe ergo & Tu benigniſſimus, Princeps Celsissime, has publici deſiderii voces. Nec voces ſolum, ſed & animos, & Spei publicæ de Te, & Tuo olim regimine indicia. Et quod non renuas lætiſſimum omen, eo imprimis probabis, ſi hæc hiſtoriæ vetuſtæ monumenta non averſus acceperis.

Jam antiquis temporibus morem fuiſſe, bonarum artium ſtudia literis mandata, & in libros redacta, PRINCIPIBUS offerre: quos ſcilicet maximè & deceat, & optima & plurima ſcire: & quorum doctrina ſubditis proſit univerſis, ſapienter ſanè cenſet, *Vir Illuſtris*, uti inſcriptio habet, *Flavius Vegetius* & *inſtitutis* ſuis *de re Militari* ad *Valentinum Auguſtum* præfatur. Bene eſt Princeps olim Auguste, offero & Tibi hic, quamvis ab alio ſcriptum collectumque;

 unde

unde & cognoſcere optima, & quæ ſubditis Tuis proſint, diſcere licebit. REGUM ſcilicet *Norvagienſium* res, ducentorum annorum decurſu geſtas, quas alter liber, quamvis rudiore ſtylo commemorat: uti alter profectionem Danorum, quam tunc credebant religioſam. Illorum nomina & *Leones*, ab utroque ſtemmate inter titulos Tuos & inſignia gentilitia, ipſe *Norvagiæ* non indignus *heres*, præfers. A Regibus ergo etiam iſtis, diſcere non indecorum rebeκris, quæ ad DEI O. M. honorem, ad Religionis & Legum ſacratiſſimarum tutelam, ad bonarum artium præſidium, & publicæ inde felicitatis incrementa, pertinebunt. Ad quæ PRINCIPE digna meditamenta, præter glorioſam ex REGIA ſtirpe originem, & domeſticum SERENISSIMORUM PARENTIUM illuſtre exemplum; & ſolertiſſima illorum, qui à primis annis ſpei Tuæ admoti ſunt, inſtitutio; & ipſe ille illuſtrium cogitationum operumque capax animus Tuus, Te feliciſſime impellunt. Creſce in hæc pu-

publica deſideria, PRINCEPS DESIDERATISSIME; creſce in futurorum temporum læta auſpicia!

SLESEVICI
An. CIↃ IↃCXXCIII.
menſe Octobri.

CELSITUDINIS VESTRÆ

Cliens & Subditus devotiſſimus.

Bernh. Caſp. Kirchmann.

PRÆFATIO.

LECTORI

SALVERE.

PRodeunt ergo tandem, *Lucina quamvis lenta, non defavente tamen penitus, ſcripta duo hiſtorica, vetuſti ſane ævi, & hactenus inedita.*

Moliebatur eorum editionem, annos jam ſex & quadraginta eſt, clariſſimæ memoriæ avus meus, IOHANNES KIRCHMANNUS, dum Lubecæ *Iuventuti docendæ, imo rei literariæ publicæ juvandæ, non inglorius operabatur. Invenerat hîc utrumque ſcriptum, erueratque primus, Bibliotheca ibidem publica, quam curæ ſuæ commiſſam habebat: & deſtinaverat, ea notis illuſtrata,* Illuſtriſſimi Regni Dan. Cancellarii Chriſt. Friſii *nomini inſcriptum in publicum emittere: ita verba ejus ad eundem an.* cIↃ IↃC XXIX. XVIII. *Maji ſcri-*

ſcripta, indicant: Conſtitueram igitur ſub Tuo illuſtri nomine, in publicum edere, duos iſtos, quos vidiſti libellos quorum alter continebat hiſtoriam aliquot Regum Norvag. à Theodorico quodam Monacho ante quadringentos, & ſexaginta annos conſcriptam; alter profectionem Danorum in Terram Sanctam temporibus Canuti Regis circa annum Chriſti M. C. LXXXI. ſuſceptam. Cum enim plurima in iis inveniantur, quæ ad illuſtrandas Daniæ Norvagiæque antiquitates, faciunt, operæ me pretium eſſe facturum putavi, ſi eos nunquam antehac editos, & cum tineis blattiſque depugnantes è latebris, & ſitu extraherem, ac poſteritati vindicarem. *Jam antea tamen, anno ſcilicet* cIↄ Iↄc xxv. xx *Jul. idem CL. avus meus de his ipſis Commentariis ſcripſerat ad* Oligerum Roſencranzium: *Equitem* Danum, *doctrina virtutibuſque aliis Nobiliſſimum*: non poſſum, quin Tibi ſignificem, me hic inter Libros, qui in Bibliotheca publica, ante paucos annos inſtituta, & meæ fidei concredita adſervantur, reperiſſe

Hiſto-

Hiſtoriam Regum Norvagienſium, a quodam Monacho Theodorico ſcriptam, & Auguſtino Nidroſienſium Archiepiſcopo inſcriptam, nec non Anonymi cujuſdam Tractatum de Profectione Danorum in Terram Sanctam. Longe antiquior eſt ille Theodoricus Crantzio, qui præ hoc plane confuſe Hiſtoriam Regum Norvagienſium ſcripſit, & maximam partem in rebus Normannorum explicandis occupatus eſt. Si tibi, Vir Generoſe, Hiſtoria hæc aliquid facere videatur ad illuſtrandas Majorum Veſtrorum res præclare geſtas, quæ Scriptorum defectu hactenus in obſcuro latuerunt, operam dabo, ut uterque Tractatus lucem videat. Vale Generoſiſſime Domine. Dabam Lubecæ XX. Jul. Anno M. DC. XXV. *Et eo ipſo anno, ad* Theodorum Buſſium, Conſiliarium Regium Dan. IX. *Maji ejuſdem epiſtola perſcripta ſunt:* Jam pridem factum eſt, cum Tibi ſignificarem, me in Bibliotheca à Senatu noſtro fidei meæ commiſſa reperiſſe, Theodorici Monachi cujuſdam Nidroſienſis Hiſtoriam Regum Norva-

vagienſium in membrana ſcriptam, quæ ducentorum, & quod excurrit annorum, res geſtas, complectitur. Ex illo, reperi quoque Anonymi cujuſdam Autoris Scriptum de Profectione Danorum in Terram Sanctam circa annum Chriſti 1187. tempore Regis Canuti Woldemari Fil. ſuſcepta, quod ipſum quoque lucem hactenus non vidiſſe exiſtimo; Capitula utriuſque Tractatus Tibi mitto. Nolim fruſtra me fatigare, ſi ſciam hos Tractatus in Dania alicubi extare, ſive editos, ſive manuſcriptos. Si minus, videor mihi egregium Theſaurum reperiſſe, & auro contra æſtimandum. Te, Vir Ampliſſime & Amiciſſime, etiam atque etiam rogo, apud Danicarum rerum peritos inquirere non graveris, utrum fando quid de his ſcriptis audiverint, ne operam & oleum in iis deſcribendis, & publicandis perdam. Dabam Lubecæ. IX *Maji* An. M. DC. XXV.

Cumque an. CIↃ IↃC XXIX. *idem quem non ſine honore memoravi Illuſtris* Friſius, Cancell. Dan. *certis expediundis negotiis* Lubecæ *commoraretur, præſens CL. avum ſollicitavit, editionem*

tionem ſcriptorum iſtorum, nondum tunc in publicum datorum, ſuſcipere non dubitaret: Regios etiam ad operam iſtam pollicitus eſt ſumptus.

Inde an. CIↃ IↃC XXXII. *Vir Cl.* Joh: Meurſius *Historicus* Reg. Dan. *ſcriptis ad eundem ævum literis, hactenus neutrum autorum iſtorum* Daniam *poſſidere fatetur: & ut publico prodantur, ſerio inſtat: verba ejus, & epiſtolam hic damus:* JOH: MEURSIUS, *Viro Cl.* JOH: KIRCHMANNO Sal.

Literas tuas recte mihi reddidit Collega meus D. Chriſtianus Matthiæ. De ſcriptore illo utroque quod inquiris, neutrum habemus. itaq; quantum poſſum, hortor ut edas. Beneficium debebit ſatis magnum non duntaxat Literaria Reſpublica, ſed & Dania univerſa, & Norvagia quam utramque in majorem modum obſtringes. Soræ XIII. Dec. CIↃ IↃC XXXIII. An. proximo CIↃ IↃC XXXIV *idem flagitat, ex editione & illuſtratione* Saxonis Grammatici *non illaudatus* Stephanus Stephanius; *Hiſtoriographus, & ipſe* Reg: Dan: *Cujus verba, epiſtolæ Idib. Iul. perſcriptæ, hæc ſunt:* Non ſolum literæ me tuæ incredibili voluptate perfuderunt, utpote quibus à tanto Viro nihil

hil jucundius accidere potuit: verum magna cum delectatione illam Epiſtolæ partem legi, qua penes te eſſe indicaſti manuſcriptam Hiſtoriam cujuſdam Theodorici Monachi, qui vitam quorundam Regum Norvagicenſium breviter deſcripſit. Ejus ut editionem, quantum in te ſerio matures, hortor, imo totius patriæ nomine, obſecro atque obteſtor. Ingenti etenim beneficio eam tibi devincies, edito tam præclaro Antiquitatis monumento, quo nos tot annorum interjectu neſcio, quæ fatorum invidia fraudare ſuſtinuit. *Dabam* Soræ. *Idib. Jul.* CIↃ IↃCXXXIV. *Quamvis autem Cl.* Stephan. *anno ex eo tempore nono, inveniret tandem in ipſa* Dania *eoſdem hos veteres Commentarios, & ab amico ſibi communicatos ſcribit: inſtat tamen denuo apud Cl. avum ne dubitet, editionem eorundem exſequi, & Notas in hos ipſos promittit. Verba ejus ex epiſtola ſcripta* Soræ *an.* CIↃ IↃCXLII. XXII. *Ian. inter alia hæc ſunt: Cl. KIRCHMANNE*, Communicavit mecum nuper amicorum

Non dubitandum, quin illa Hiſtoriæ iſtius apographa, ex Bibliotheca *Friſiana* ſint, & ea ipſa, quæ Viro Illuſtri *Chriſt. Friſio*, Cl. avus meus, manu ſua deſcripta, an. CIↃ IↃCXXIX, *Lubecæ* agenti, communicaverat.

micorum quidam binos manuſcriptos Tractatus, quorum alter Anonymi erat, de Itinere à Danis nonnullis Hieroſolymam ſuſcepto: alter vero Codex complectitur Hiſtoriam Theodorici Monachi de Antiquitate Regum Norvagienſium quæ ſic incepit: Domino & Patri ſuo Reverendiſſimo AUGUSTINO, Nidroſienſi Archiepiſcopo Theodoricus humilis &c. Jam nullus dubito, quin iidem omnino ſint Tractatus, de quibus ſæpius ad me ſcripſiſti, quod & ex collatione tuorum Codicum facilè patebit. Sin autem res ita ſe habeat, velim id quamprimum me edoceas, & ſimul, num mature dias in luminis oras, edere ſit animus, & conſilium. Conſtitui etenim Notis quibuſdam utrumque Scriptorem illuſtrare, quæ cum tuis, quas te paraſſe ſpero conjungi poſſent. Soræ. *a. d.* XXVII. *Ian.* cIɔ Iɔc XLII.

Quod idem etiam deoptat in Notis ſuis ad Saxonem Grammaticum *an.* cIɔ Iɔc XLV. *editis (cum Vir Cl. avus meus, jam triennio ante defunctus eſſet) in quibus fol.* 114. *ubi laudaviſſet* Chronicon Norvagicum Anonymi, *inter alia hæc legas;*

Quod

Quod Chronicum Norvagicum, utinam non diutius invideret Vir ad omnem humanitatem factus, & reconditæ eruditionis Joh. Kirchmannus, amicus meus. *Et quia optimo & Cl. avo concatenati muneris labores, editionem molienti moram injecerunt: mors inde laudatiſſimo ſeni an.* cIↃ IↃC XLIII. XX *Mart. divinitus immiſſa, propoſitum hoc plane interverterat: idem Celeberrimus* Stephanius, *apud patrem avo Cl. cognominem* IOHANNEM KIRCHMANNUM *I. Utr. D. & Civitatis Sleſvicenſis Coſ. non ſemel inſtitit, ut editionem utriuſque iſtius ſcripti, ab avo cœptam, tandem perageret: quæ evulgata, notas in eadem ſuas ſubſecuturas promiſit. Monuit ita noviſſime literis ſuis an.* cIↃIↃC XLVII. *prid. Cal. Iun. ſcriptis. Et rerum hujus ſe voti fatebatur pater; volenti tamen; uſque huc variæ, & à temporum infeſtiſſimorum turbis, & à muniorum quæ publice obit moleſtiis, injectæ moræ ſunt.*

Exſolvo ergo tandem, quod ex deſiderio, opto publico eſſe faciat Deus O. M. quod nuncupaverant parens, avuſque optimi: & tramitto utrumque commentarium hiſtoricum ad typographum Belgam, qui operam ad id aliquoties obtulerat. Non diffiteor, manum illa adhuc, & curam ſupremam Cl. avi videri poſſe depopoſciſſe: notaſque ejuſdem & quas promiſe-

 miſe-

miſerat Cl. Stephanius, *deſideraturum intentum lectorem. Adjecimus tamen breviculas illas, ex ſchediaſmatis pleraſque Cl. Avi: quædam tamen obſcuriora in opere, ad quæ etiam Cl. avus hæſit intentata relicta ſunt: & hic illud* Strabonis *noſtrum facimus:* ἄπαντα τὰ αἰνίγματα λύειν ἐπ' ἀκριβὲς, οὐ ῥᾴδιον: Omnia obſcura in lucem dare, non facile eſt. *Nec eſt, ut hic ipſorum ſcriptorum Paradoxa multa, abſurda, parachroniſmos, ſtyli etiam ſordes, & lutum, operoſius excuſem: ex genio illi, quiqui ſint autores ſui ſeculi commentantur, & ſcribunt: Et tamen, ſic quoque ſcripta veterum Chronicorum, velati è naufragio reliquias, conſervari rei prodeſt publicæ literariæ: quod ſapientiſſime monet Vir celeberrimus* Reinerus Reineccius, *Acad.* Juliæ *olim lumen clariſſimum: in cujus verbis, quæ habet in præfatione in* Helmoldi *&* Arnoldi *Hiſtoriam, hic deſino*: In Hiſtoriæ tractatione, etiam atque etiam opera danda eſt, ut fontes, hoc eſt, Annales, & id genus alia monumenta, unde juſtæ expoſitiones inſtitui & contexi ſolent, ſimul indagentur, ſimul conſerventur. Neque hîc ſcrupulum injicere cuiquam debet, quod, qui à noſtræ, aut aliarum gentium hominibus, poſt Romani

Im-

Imperii occaſum, conſcripti ſunt, vel barbare loquantur, vel ea deficiuntur orationis majeſtate, quam Oratores affectant. Alibi enim deliciæ iſtæ quærendæ ſunt: hîc Rerum cognitio & Veritatis ſtudium ſufficere debet.

EPISTOLA

DEDICATORIA AUTORIS

Sequenti Operi præmiſſa.

Reverendo & diligendo Domino K. frater X. Canonicus, debitam in omnibus obedientiam.*

* Forſan frater *Chriſtianus*, vel frater in CHRISTO.)

MUltum mihi fateor contulit, ad veſtri notitiam perveniſſe, & deſiderabili veſtro frui colloquio, quod ſuper mel & favum ſapit affectui meo, quia & auditum ſua dulcedine paſcit, & interiorem hominem ædificatione non modica ad profectum virtutum inflammat. Inter cetera verò melliflui oris veſtri eloquia, mecum contuliſtis de his, qui de partibus noſtris, calore fidei accenſi, ante annos aliquot, non ſine vitæ diſcrimine, *Hieroſolymam* proficiſcebantur. Ut ergo eorum geſta, memoriæ poſterorum digna laude traderentur, mihi, quamquam inſcio & elingui, præcipiendo commendare voluiſtis, ut ea ſtilo exarante, prout diligentius poſſem, explicarem. Sed materiæ quanti-

titas, ſua magnitudine ac dignitate, ingenioli mei parvitatem excedit, quæ non † peritorum ſtudia vincit. †(forte etiam.)

Verumtamen aggrediar, fretus auctoritate præcipientis, quia negare non audeo, quicquid dilectio veſtra præceperit. Hac ſiquidem conditione præpoſita, ut meorum æmulorum morſibus non exponar incorrectus, & quicquid incompoſitum vel inordinatum manus rodentis invenerit, non præſumptioni meæ, ſed præcepto mandantis imputetur.

Explicit Epiſtola. Incipit Prologus.

SUperfluum reor, novarum rerum eventus inculto ſermone depingere, cum ſint innumera, licet quadam videantur antiquitate vetuſta, quæ dum noſtro recitantur auditui, recentem ſemper ingerunt noſtræ memoriæ dulciſonam ſuavitatem, præſertim cum illarum rerum materia ſecundum ſuæ differentiam qualitatis, vel ſit admiranda pro miraculo, vel pro dignitate juſtiſſima ratione veneranda; ut Vetus Novumque Teſtamentum; vel etiam ob decorem ornatioris eloquentiæ affectanda, veluti Philoſophorum Poëtarumque opinata commenta. In pleriſque tamen iſta conveniunt, ut ſit materia miraculoſa dignaque relatu,

rationabili veneratione affectabilis, & Rhetoricis fucata ſchematibus: Quædam verò ſimplici & impolita narratione prolata, delectant, & cor audientis afficiunt, cum nec ſint honeſta plurimum, nec deformiter abhorrenda, ut ſunt quorundam Poëtarum, quos *Virgilius* urbana irriſione denotat, dicens:

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi,
Atque idem jungat vulpes & mulgeat hircos.

His ſiquidem me ſimilem fore redarguo, dignumque riſu, qui neque hac, neque ſimili motus invectione, à propoſita ſcribendi cupiditate reprimebar. Supradictarum itaque qualitatum diverſas varietates, meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar non tam præſumptione temerarius, quàm geſtæ rei cupidus commendator: licet facultas elegantioris facundiæ parvitati meæ non ſuppetat. Attamen de his (quanquam) ſupervacaneum æmuli æſtiment, ſilendum non arbitror, quæ noſtris contigêre temporibus, & rogatu illarum venerabilium perſonarum, qualicunque ſtilo exarandum ſuſcepi, ut materiæ ſeries facundiori pro tempore ſervaretur, quæ videlicet perſonæ relicta dulcedine, complexus conjugalis, filiorumque ac propinquorum, poſſeſſionumque amore contem-

Autor, ſuo tempore geſta ſcripturus eſt.

tempto, illud Evangelicum complere non hæſitantes, *Niſi quis renunciaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt &c.* mortis diſcrimini ſemetipſos tradiderunt, ut Chriſtum lucrifacerent. Siquidem, niſi fallor, quicquid in mundi republica geſtum fuerat, velut fumus evaneſceret ac ſorberet oblivio, niſi virorum illuſtrium ſcripta ligarentur induſtria, ut ad memoriam poſterorum manifeſtata rerum veritate proderetur.

Hæc igitur, meo modulo, mente pertractans, quanquam præſumptionis à derogatoribus arguar, nemini præjudicium digniori ſcripto volenti depromere faciens, libens cedo, ut factum elegantiſſimum facundiori commendetur eloquio.

Explicit Prologus.

Incipiunt Capitula ſequentis Operis.

C. I Quod Auctor deplorat multiplices labes & vitia modernorum.
II. Quod propter univerſalem tranſgreſſionem, civitas Dei *Hieruſalem*, habitatoribus trucidatis & in captivitatem ductis, à paganis inhabitatur.
III. Exemplar Epiſtolæ Domini *Papæ*, ad omnes Reges & Principes orbis terrarum pro neceſſitate terræ *Hieroſolymitanæ*.
IV. Quod Regem Danorum, *Kanutum*, *Othonia* cum omnibus Epiſcopis & Regni principibus, curiam tenentem, de deſtructione terræ *Hieroſolymitanæ*, lamentabili dolore rumor affecerit.
V. Quod *Esbernus*, frater *Abſalonis* Archiepiſcopi, probitates & geſta majorum commemorando, plures ad iter *Hieroſolymitanum* animaverit.
VI. Quod quindecim de nobilioribus, primò iter prædictum ſe ſuſcepturos, juramento firmabant, ſed inſidiis hoſtis antiqui, omnes, præter quinque, à propoſito reſilierunt.
VII. Quod illis navem ingreſſis & velificantibus, parentes & amici valedicentes, Dominum exorabant, ut in eundo & redeundo, homines & naves, cum omni integritate conſervarentur.
VIII. De fluvio *Elſ*, & de *Vlfo de Louſnes*, & ejus ſociis.

IX. De *Tunsbergh*, & ejus ſitu.
X. Quod de *Tunsbergh* navigantes, ad Inſulas *Seloyas* applicuerunt, ibi de communi negotio tractaturi.
XI. De civitate *Bergenſi*, & ſeditione ibi facta per Danos.
XII Quomodo *Suuerus* apparatum Danorum exploraverit.
XIII Quod *Simon*, filius *Kari*, factione *Suueinonis*, puerum quendam, filium *Magni* Regis vocans, & ſecum aſſumens, inſurrexerit contra *Suuerum*.
XIV Quomodo idem *Suueino*, *Suuero* pro prædicto facinore offenſus, in gratiam illius redierit.
XV Quod *Dani*, procedentes ad introitum maris, *Vlfum* exſpectant.
XVI Quod moram non patientibus aliis, ſolus *Suueino* cum nautis ſuis *Vlfum* præſtolatur.
XVII De Adventu *Vlfi*, & ejus conſilio.
XVIII Quod *Vlfus*, quamvis *Suueino* præcederet, per compendium ſequens, optato littore potitus eſt.
XIX Quod idem *Suueino*, cum ſociis per totam diem & noctem, maris inclementia valde vexabatur.
XX Quod ſexta feria, diſſoluta navi ſubmerſi ſunt.
XXI Quod aliqui tabulis ac fragmentis adhærentes, terræ appulſi ſunt.

XXII Quod alii, licet inviti, tamen ſalvis navibus cum jactura rerum, ad *Freſiam* applicuerunt, & ibi relictis navibus, terreno itinere *Venetiam* venerunt.

XXIII De Civitate *Venetia.*

XXIV Quod inde navigantes, licet cum magna miſeria, ad *Terram Sanctam* applicuerunt.

XXV Quod *Hieruſalem* venientes, ſancta loca viſitare properabant, & quod repatriantes alii per *Romam*, alii per *Conſtantinopolim*, iter agebant.

XXVI De imagine Sanctæ Dei Genitricis, apud *Conſtantinopolim.*

XXVII Quod *Dani*, *Græciam* egredientes, per H*ungariam* & *Saxoniam*, reverſi ſunt in regionem ſuam.

Expliciunt Capitula.

In

Incipit Hiſtoria de Profectione Danorum in Hieroſolymam. *

*(De Danorum in Terram Sanctam expeditione, ſub Clemente III. P. R. Vid. Joh. Magnus lib. XIX. Hiſt. Goth. cap. X. *Baronius* in Ann. in Actis an. 1189 *Cranzius* Metrop. Lib. VII. c. XIII fol. 177.)

Cap. I.

Quod Auctor deplorat multiplices labes & vitia modernorum.

Mundi fine vergente ad occaſum, increbreſcunt mala plurima, ut veridica Domini ſententia, quæ falli nequit, confirmetur, ubi ait: *Gentem ſurgere contra gentem & regnum regno prævalere.* Non remotis tantum regionibus, imo domeſtica cohabitatione probatur, judicium Dei omni pace remota propinquare: quia nec pater filio integritatem, & fidem; nec matri filia naturalem affectum invicem ſervare noſcuntur. Ut ergo peccatum, mundi ſuo termino incumbente, puniatur, multis illuſionibus, uti dignum eſt, confunditur. Non eſt enim ulla perſonarum differentia, nec ætatum reverentia, ſexus quoque nullus, nullaque profeſſio, quin omnes quantum poterunt, nituntur contra vetitum. Amoris denique Dei nulla remanſere veſtigia, veritas non reverſura, longè peregrinatur à ſeculo, appetitus vitiorum, omni ſubmota verecundia, vehementer invaluit, & contra

Suorum temporum tangit ulcera.

tra

tra primæ tabulæ ſecundum mandatum, ubi Deus homini proximum ſicut ſeipſum diligendum præcepit, homines in contrarium vorſi odio malignante conſurgunt: pudicitiæ locus non eſt, regnante luxuria, * ubique diffuſis ſordibus, pene totam humani generis maſſam corrumpendo fœdavit; Sacerdotes Dei Simonia maculans reddit inglorios, & ſacræ fidei puritas errorum impietate turbatur. Quid multa referam extra propoſitum evagando? cum poſſim breviter totum corpus Chriſti; quod eſt Eccleſia, prophetica ſententia, corruptum & contaminatum demonſtrare: *Omne caput* inquit, *languidum eſt & omne cor mærens à planta pedis uſque ad verticem, non eſt in ea ſanitas.*

*(quæ)

Cap. II.

Quod propter Univerſalem trangreſſionem, civitas Dei Hieruſalem, habitatoribus trucidatis & in captivitatem ductis, à Paganis inhabitatur.

Inde pœnas ingruere divinas.

VNiverſorum ſiquidem impietate ſæviente, univerſali quodammodo plaga percutimur. Quia quod omnium erat communis gloria, decus & ornamentum, factum eſt ſingulis opprobrium ſempiternum

num, niſi virtute divina reparetur, quod peccatis noſtris exigentibus diſſipatum eſt & deſtructum. Flebilis ille caſus & ſcandalum intolerabile Chriſtianorum, quod noſtris dolemus accidiſſe temporibus, omnium in Chriſto credentium corda turbavit: quod *Hieroſolyma* videlicet, religionis Chriſtianæ principium, & natale ſolum unigeniti filii Dei, quæ præſentia humanitatis Jeſu Chriſti, & miraculorum ejus gloria, quæ geſſit, ſanctior illuſtriorque cunctis regionibus eminentiori dignitate pollebat, ejecto, imo trucidato populo, cujus eſt Dominus Deus ejus; populo, quem elegit in hereditatem ſibi ſanctam, paganorum inhabitatione fœdatur. * Denique Davidicum illud vaticinium lamentabili mœrore permixtum jam completum cernimus, ſupra quam quod legimus: *Polluerunt templum ſanctum tuum &c.* Jeremias quoque præſentialiter lamentatur dicens: *Viæ Sion lugent, eò quod non ſint, qui veniant ad ſolemnitatem.* Cujus vel ſaxei, hæc audientis, fundamentum cordis non concutitur, ut prorumpat in lachrumas & ſingultus? Cum igitur hæc mala

Urbs Solyma capta.

* (An. Chr. 1187. *Hieroſolyma* capta eſt, à *Saladino*, Ægypti Sultano, ſedente *Urbano* III. qui concuſſus hoc triſti nuncio, in morbum incidit, quo exceſſit XIII. cal Nov. cui proximo die ſurrogatus eſt, *Gregorius* VIII. qui ſedit tantum LVII. dies: imperante *Friderico I. Barbaroſſa*: Is *Gregorius* Pontifex, nunciis & litteris Principes Chriſtianos cohortatus eſt, ad loca ſacra recuperanda. *Platina* de Vitis Pontific. in Urb. & Gregor. *Revius* in Hiſt. Pontific. fol. 153.)

mala principium ſumerent, ut proditio fieret civitatis Sanctæ, infidelitas à ſuis civibus ſumſit exordium: quia nemo pejor quàm domeſticus inimicus, nec ſubitò latere mundum potuit, quod in medio mundi agebatur. Flamma enim ignis iniqui fumum horridi tumoris ad univerſa circumquaque regna diffundebat, & ſubito Romanam ſedem non latuit, quicquid tranſmarinis partibus virtus pagana contra divinæ inſtitutionis religionem nitebatur. Quid igitur ageret caput corporis, amputatis decentioribus membris, niſi medicinam quærere curationis?

Pontificis inde Romani ſollicitudo.

CAP. III.

Exemplar Epiſtolæ Domini Papæ, ad omnes Reges & Principes orbis terrarum, pro neceſſitate terræ Hieroſolymitanæ.

Pontificis Rom. breve.

CONvocato mox Concilio, decrevit in univerſas mundi partes legationis hujus nuncios deſtinare, ſcribens cunctis lamentabile carmen & verba, hanc ſummam continentia:

GREGORIUS, Servus ſervorum

uni

(*Gregorius* VIII, ſedit tantum dies 57. Et mortuus eſt Ao. Chriſti 1187, quâ *Hieroſolyma* amiſſa eſt, & Regnum deſtructum 2 octobr. ipſe verò electus fuerat 29 octobr.)

(Vid. Evoldi Origines Marcanas Ao. 1187)

univerſis Regnis, & Regibus & Regnorum Principibus, cum plebe ſubdita, Salutem & Apoſtolicam benedictionem:

„ Quum divina patientia, me, quaſi mu-
„ tum & minus ſollicitum ſpeculatorem ;
„ domui ſuæ conſtituerit, ut ſi videro ſuper
„ civitatem Domini munitam hoſtes irruere,
„ clamare non deſinam, ſecundum illud
„ Propheticum: *Clamare ne ceſſes*: clamabo
„ vim patiens in amaritudine animæ meæ,
„ ſtimulante doloris anguſtia, quod immia-
„ nem triſtitiam afferet audientibus, & cum
„ hæc noſtra ſcriberetur Epiſtola, lacrima-
„ rum profuſio paginam ſtillando macula-
„ vit; eò quòd fama flebilis, vultum divinæ
„ ſerenitatis, adverſus Sanctam civitatem
„ Hieruſalem, & patriam Jeſu Chriſti, in
„ furorem converſum nunciavit. Nec im-
„ meritò. In quo enim divinam clemen-
„ tiam humana malitia non offendit? Uni-
„ verſalis ſiquidem exceſſus, univerſaliter
„ meruit flagellari, in tantum, ut ſæpe dicta
„ civitas Sancta, deſtructa munitione, &
„ pollutis ædibus ſacris, & in captivitatem
„ & mortem deductis habitatoribus, ab
„ immundis gentibus, nemine jam reniten-
„ te poſſideatur. Jam antiquus ille *Nabu-*
„ *zardan*, coquinam profanationis ſuæ,
„ remotis altaribus, conſtruere non vere-
„ tur. *Habet* namque humanam carnem,
ni-

„ nimietate crudelitatis ſuæ mactatam, abundanter coquere; quia repertus non eſt, qui „ Sanctorum ſanguinem, qui in cricuitu „ Hieruſalem effuſus eſt, ſepeliret. Audiat „ ſiquidem orbis terrarum, & univerſi qui „ habitant in eo, quique terrigenæ & filii „ hominum ſimul in unum, dives & pauper, „ audiant & vicem Chriſti doleant & meminerint, ſe debitores redemptionis ſuæ, nec „ patiantur injuriam Chriſti fore diutius „ inultam. Et qui ſe pro nobis redimendis, „ incunctanter dedit in mortem, mortem autem crucis; nos verſa vice, ipſum ponamus „ exemplum, & pro Chriſto animam dare „ non dubitemus, quia qui precioſiorem „ facit animam ſuam Chriſto, Chriſtum non „ meretur. Hæc & alia quam plurima pagina continebat Apoſtolica, exhortans ſingulos, confortans univerſos.

Nunc autem, ad ea quæ in *Dacia* † ſuper hoc lacrimabili negotio geſta novimus vertamus articulum.

† (*Platina* de vitis Pontific. teſtatur in vita *Clementis* III. P. R. qui *Gregorio* VIII. ſucceſſit, *Clemente* Pontifice incitante, præter alios Principes Chriſtianos, etiam *Friſones*, *Danos*, & *Flandrenſes*, cum claſſe L. triremium ad Africæ littora flectentes, Saracenos magnis incommodis affeciſſe.)

Cap.

CAP. IV.

Quod Regem Kanutum Othoniæ cum omnibus Epiſcopis & regni Principibus curiam tenentem de deſtructione terræ Hieroſolymitanæ lamentabili dolore rumor affecerit.

REx *Danorum*, illuſtris & nobilis *Kanutus*, *Waldemari* Regis filius, *Othoniæ* conſtitutus, circa Nativitatis Chriſti ſolemnitatem curiam convocaverat, mandans omnibus regni ſui principibus, Epiſcopis videlicet & officialibus, & prudentioribus cunctis, ad prædictam civitatem, omni occaſione omnique mora ſubmota, convenire, fortè de ſuorum aliquid negotiorum acturus occupationibus, quæ nuſquam regnantium mala deficiunt, quæ moleſtant, imò ſemper niſi evellantur, ſuccreſcunt: cum ecce, repente ſuperveniunt nuncii, à Sede Apoſtolica directi, hæc, quæ ſupra diximus, in conventu omnium referentes. Quod Rex audiens, & univerſi conſidentes, in profuſionem lacrimarum & ſuſpiria reſolvuntur, ut penitus omnes obmuteſcerent, nec valeret quiſpiam reſponſum dare narrantibus, triſtitiæ magnitudine cunctos abſorbente. Tandem in

De Urbe Hieroſol. Chriſtianis erepta nuncius ad Kanutum Danorum Regem pervenit.

ſe reverſi, reſumpto ſpiritu, ruperunt ſilentium, quia ſic fieri frequenter aſſolet, audita inſolita rerum magnarum novitate. Quis autem illorum his tam magnificis tamque triſtibus nunciis reſpondere debuiſſet, vix inventus eſt, donec ſe invicem confortantes animarent.

Cap. V.

Quod Esbernus, frater Abſolonis Archiepiſcopi, probitates & geſta majorum commemorando, plures ad iter Hieroſolymitanum animaverit.

(Abſolon hic fuit Archiepiſcopus *Lundenſis*, cujus meminit honorificè *Ioh. Magn.* l.19. hiſt. Got.c.9.) *Abſolonis* Archiepiſcopi Dan. frater ad expeditionem Sacram principes animat.

Et ecce vir, nomine *Esbernus*, frater † *Abſolonis* Archiepiſcopi, magnæ prudentiæ magnarumque opum, habens multam, in conſpectu Regis & Principum, fandi gratiam, cogitata facultate perorandi, quid cunctorum animo affectuoſius inſediſſe potuiſſet, ſurrexit & faciliter nacta loquendi licentia, ſic exorſus ait:

„Literis Apoſtolicis, ſummi que Pontificis nunciis, reverenter, uti dignum eſt, inclinamus, ſed quia luctuoſam continet que-

† (*Abſalon* hic, Epiſcopus Roſchildenſis, & ſimul *Archiepiſcopus* Lundenſis, ſub Regibus Daniæ *Valdemaro* I. & *Canuto* VI. hujus filio vixit, cujus laudes vide apud *Sax. Grammat.* lib. XIV. *Arnold.* Abbatem Lubec. in *Chron. Slav.* lib. IV. c. XVIII.)

„querimoniam & Jeſu Chriſti contume-
„liam, omnium corda, Chriſtum diligen-
„tium, vertunt in ſtuporem. Nihilominus
„tamen, ut decet, paternæ ſollicitudini
„grates debitas agit Chriſtianitatis univer-
„ſitas: quia, ſicut in capite corporis, ſedes
„eſt rationis & ſcientiæ: ita & in capite
„Sanctæ Matris Eccleſiæ, id eſt, Apoſtolico,
„totam conſiſtere ſummam conſilii non
„ambigimus. Quicquid ergo divina gratia,
„ſuæ dignatur revelare prudentiæ, hoc quaſi
„de capite derivetur in barbam, ut bene-
„dictionem conſequi mereamur. Hæc illis
„reſponſa ſufficiant. Nunc denique dile-
„ctiſſimi ad nos commonentes verba verta-
„mus. Patres noſtri priores, meruere tem-
„pora meliora; fertilitatis ſcilicet ac tran-
„quillitatis, quia in eis juſtitia & veritas
„obviaverunt ſibi: horum verò dierum
„voluminè, fraus & violentia regna mode-
„rantur: adulatores & hypocritæ colla
„Regum & regni Principum complecten-
„tes, ſtringunt & per eos officia cuncta
„mutuantur, juxta illud poëticum irriden-
„tis proverbium: *Quod non dant proceres,* (Juvenal.)
„*dabit histrio.* Qui autem ob virtutis meri-
„tum fallere indignatur, non ſolùm nul-
„lam meretur gratiam, verùm etiam de-
„trectatorum morſibus laniandus exponi-
„tur. Quicquid ergo vitioſum & virtuti

,, contrarium eſſe perpendimus, celerrimè
,, relinquamus: & turpia inhoneſtatis abji-
,, cientes, quos habuimus, patres imitemur.

Geſta majorum recenſet.

,, Quæ regna, quævè patria antiquorum
,, *Danorum* glorioſa tropæa non prædicant?
,, Si *Græciam* conſulis, noſtrorum audacia
,, ſe defenſari clamitabit: *Longobardiam* ſi
,, vis, interroga, & ſtatim ſui nominis
,, proprietate ſe devictam à noſtris non cela-
,, bit. Appellantur enim ſicut notiſſimum
,, eſt, *Longobardi*, id eſt, *longam barbam*
,, *habentes*, eò quòd antiquitas noſtri ha-
,, bitus, cum eos vinceremus, more leonum,
,, *uſque hodie* perducebat. Qui paternam
,, conſuetudinem imitantes, nomen here-
,, ditario jure poſſederunt. Romanamque
,, fortitudinem terror gentis noſtræ concuſ-
,, ſiſſe dignoſcitur. Per *Normanniam*, quam
,, vaſtavimus, revertamur ad *Angliam* &
,, *Norwagiam*: regirantes ad Orientem,
,, mentionem faciamus de *Finnis Sembis*,
,, nihil de *Slavia* relinquentes, à termino
,, qui dicitur *Heb*, uſque ad vaſtam ſolitu-
,, dinem, quæ conjungit *Slaviam*, *Holſa-*
,, *tiam* atque *Daciam*, & ſic pene totum
,, orbis circulum feroci audacia pervagan-
,, tes, ſuæ ſubdidere ditioni. Hæc autem
,, horrenda pericula morteſque multiplices,
,, non divinæ religionis intuitu ſuſtinentes,
,, ſed *dilatam* † *de* famæ nominiſque perpe-

De nomine *Longobardorum* vide *Krantzium* lib. 2. Daniæ c. 21. Vid. etiam op. anteced. cap. XVII.

fors *dilatando* famæ nom.

tui

„cui gloriam, meruerunt. Non ergo ſimus
„* *peripſima hominum* & crimen inferamus (1 Cor. 4.)
„adeptæ dignitati, moveamur à ſeditione
„civium ad majora & utiliora certamina,
„forte nos exſpectat glorioſus de tyranno
„triumphus. *Judicia enim Dei abyſſus multa*,
„& ſi humanam latet cæcitatem, divinæ
„providentiæ rationem non obſcurat, quo
„exitu hæc Dei ſuſtinentia terminetur. Si-
„mus in ſorte Sanctorum & communione
„laborum: qui non valet corpore, rebus
„opem conferat laborantibus, ut participes
„ſint in præmio, qui non ſunt diſpares in
„voto.

Hæc ille vir concionabatur in publico.

CAP. VI.

Quod quindecim de Nobilioribus, primo iter prædictum ſe ſuſcepturos juramento firmabant, ſed inſidiis hoſtis antiqui, omnes præter quinque à propoſito reſilierunt.

SOluto tandem concilio, convenêre viri pauci, numero quindecim, quorum Deus ſpecialiter corda tetigerat, ut familiariori diſcuſſione rem examinarent, quo modo, vel qua via, quove aditu, quod mente

Deliberatur à nonnullis de profectione in Palæſtinam.

mente conceperant, opere parturirent. Sed res ardua, conſilio magno & multis egebat opibus, quia nihil per ſe, niſi armati multitudine, facere potuiſſent. Decreverunt (l. plateis.) igitur verbum iſtud divulgandum in *placitis*, prædicandum in Eccleſiis, ut quod jam pauci perceperant, clamore publicato, ad aures vulgi procederet. Quod & factum eſt. Spargebatur in agro Dei ſemen fructiferum & multiplicati ſunt, qui devotione facta, ſanctum propoſitum virili conſtantia rapuerunt: quia Regnum cælorum vim patitur. & violenti diripiunt illud. Supradictis autem viris quindecim, qui hujus negotii videbantur æmulatores ferventiori zelo, hujus erat ſumma conſilii, ut piraticis conſtructis navibus, quas *Sneckas* appellamus, quæ ferendis alimentis, magnitudine ac firmitate forent idoneæ, quasque etiam artificum diligentia tam ſolida compaginatione conſtringerent, ut ventorum inclementiam, & procellas undarum irruentes, inconcuſſæ repellerent. Neque hoc ſilentio tegendum arbitror, quod prædicti viri XV. ſolemnitatem voti ſanctiſſimi, ſacramento interpoſitæ fidei & juramento firmabant; attamen malignitas hoſtis antiqui, quæ ſemper bonis operibus inſidiatur, ut pereant, non paſſa eſt integritatem tam prudentis conſilii ad utilitatis actum procedere. Videbat, ut

æſtimo,

æſtimo, ſubtilitate naturæ, quam, poſt caſum perditæ naturæ, non amiſit, quod prodeſſe fortè potuiſſet, ſi propoſitum iſtud cœptum conſummaretur: ſeparavit eos ab invicem procul, & fide perdita, quoſdam *eques* nunquam reverſuros abegit, quoſdam (forſan *ex eis*) hactenus voti reos, ne quid hujuſmodi facerent, impedivit. Illi autem, qui virtutem hanc animo divinitus inſpiratam conceperant, licet jam pauciores effecti numero, quàm fuerunt, conſtantiam voti felicioris ſervantes, mutuo ſeipſos animabant, & quaſi pauca boni ſeminis grana in agrum fertilem ſparſa, rurſus creſcere & multiplicari, domino dante incrementum, cœperunt, quia neque plantans neque rigans multum conferunt, niſi Deus dederit incrementum.

Convenit tandem inter quinque de profectione iſta.

Quinque tantum viri de XV. conſtantiam voti non linquentes, ad condictam navium inſtitutionem feſtinabant, quorum hæc ſunt nomina: *Ago* filius *Stigh Albi*, qui ætate maturior, autoritate quoque conſilii prior eſſe videbatur: *Alexander* alter, dicebatur *Abſalonis*, Archiepiſcopi nepos ex ſorore: Hi jungebantur ſocietate, & communione rerum, & in unius navis conſtructione collaborabant; Tertius *Ake* nomen habuit, qui ſimiliter ſtrenuitate pollebat & genere: erat enim venerabilis viri nepos, *Tuconis* Epiſcopi, qui præ ceteris

conceptum deſiderium ardentiori æmulabatur affectu, vicem cotis gerere non deſtitit, cunctos quos poterat acuendo: hic ſibi ſocium adſcivit ſatis induſtrium, nomine *Skori*, quem etiam ſuæ navis, quam conſtruxerat, fecit eſſe participem: *Petrus* quoque, vir æquè nobilis, *Albi Palnonis* filius, divitiarum abundantia copioſus, in fabrica ſuæ navis ſolus ſudaſſe dinoſcitur; *Suueino* etiam, *Thorkilli* filius, unus erat ex illis, qui *Matthæum*, virum generoſum, literatum, militarem tamen, viæ comitem & laboris conſortem elegit. Iſti ſunt viri fortes & glorioſi, quos elegit Dominus in caritate non ficta: quorum nomina perpetua laude victura, meruerunt præmia æterna: quia divinorum præceptorum non auditores tantùm, ſed factores, non hæſitabant cum Abraham exire de *Vr Chaldæorum*, ut videre mererentur terram promiſſionis, fluentem lac & mel. Non omnibus ſatis fore manifeſtum arbitror, cur illa terra dicatur promiſſionis, vel quid ſit illam terram manare lac & mel: non enim habet mellis & lactis rivulos: Promiſit eam Deus patribus, in terra aliena peregrinantibus: terra iſta virgo Maria fuit, generans Jeſum Chriſtum, Deum & hominem. Per lac, quod exprimitur de carne, humanitas Chriſti figuratur: nomine verò mellis, quod de rore

Mirabilis allegoria.

cæli

cæli provenit, divinitatis ejus interna dulcedo ſignatur. Manat ergo terra promiſſionis lac & mel, id eſt, Virgo Maria generat Deum & hominem. Quorſum, ſtylo ducente, dimoveor? non eſt tamen inanis hæc digreſſio: ubi fructus ſuavis carpitur: teritur ut redoleat, & dulci ſapore reficiat: Nolim inter præſentes occupationes, myſteria perſcrutari: ſed ad narranda quæ reſtant revocetur oratio.

CAP. VII.

Quod illis navem ingreſſis & velificantibus, parentes & amici valedicentes, Dominum exorabant, ut in eundo & redeundo, homines & naves, cum omni integritate conſervarentur.

PORRO viri prætaxati, ad ſua peragenda negotia, perſeveranter inſiſtunt, armamenta navium colligentes, utenſilia quoque viæ longioris, & cibariorum copias, ad littora promovebant, valedicentes ſuis omnibus, nec ſine mœrore magno gemituque à chariſſimis conjugibus, filiis, filiabus, ac nepotibus, cognatis etiam & amicis perſequentibus uſque ad navium ſtationem, deducuntur. Qui mox optata ventorum proſperitate percepta, vela dabant

Diverſa proficiſcuntur navigatione

bant flatibus, commendantes divinæ protectioni profectionem ſuam, & cum cantico jubilationis affectum devotionis ad cælorum alta tranſmittebant. Illi autem qui ſuos proſecuti fuerant, ad propria cum luctu revertentes, aures pietatis divinæ pulſabant, quatenus angelico comitatu munitos, gratia Dei ducere dignaretur & cum gaudio revocare. Illi autem auræ proſperioris impulſu, & curſu volucri, ducuntur ad oſtia maris, quæ vocantur *Hals*, ubi fixis anchoris, primam fecêre manſionem: ſuſcipiuntque illic obvios ſocios de *Scania* venientes, *Agi* & *Alexandrum*, quos ſuperius deſcripſimus, quod unius fuerint ſocietatis & laboris. Habito illic conſilio de viæ proceſſu, anchoras è profundo rapientes, mox vela ſuſpendunt, & Auſtro flante lenius, ſuavi ductu feruntur à littore ſicque per latiores ſinus maris undas colligunt, donec moderato curſu, tenerent Inſulam, quæ *Leſci* nominatur. Illic quoque pernoctantes, non ſine diſcrimine vim ventorum ſuſtinuerunt: ſonuerunt aquæ & turbatæ ſunt abyſſi ut vix ſine naufragio raperentur in cor maris, & impetu majori, cumulos altiores undarum ſpumantium carina ſulcante tranſcurrerent, & quaſſatis quibuſdam navibus, ſentina plurium influebat, ac mortis periculum intentabat. Tandem appulſi *Norwegiæ*

Hals, maris oſtia.

Inſula *Leſci*.

wegiæ partibus, ad regnorum confinia, inter Syrtes & ſcopulos applicuerunt, portum tranquillum ſatis obtinentes *Ekerei*, fixere funibus naves. *Norvegiæ portus Ekerei.*

CAP. VIII.

De Fluvio Elf, & de Ulfo de Laufnes & ejus ſociis.

SIc locorum illorum ſitum deſcribimus, ut de mari venientibus ingens occurrat fluvius, *Elf* appellatus: ubi autem ad mare profunditur, inſulam quandam *Hiſing* ambiendo cingit: in ſui dextra parte, *Gottos* admittit & *Danos*; in ſiniſtra verò, ſolos fertur generare *Northmannos*. Fluvius autem iſte regna disiungens, & dulcem ſaporem in ſe continens, bonorum piſcium multam copiam menſis adminiſtrat. Eſt autem illinc, ubi naves fixerant, ad tres leugas in ora fluminis civitatula quædam ſita nomine *Konungbellia*, in qua *Dani* viæ ſuæ ac propoſiti ſocios habuere, *Northmannos* ferme ducentos, quibus vir præclarus & elegans *Ulf de Loufnes* principatum agebat, aſſiduitate bellandi ſatis eruditus & ad arma promptiſſimus & portuum ſcius, gnarus maris, navigandique peritia exercitatus.

Elf fluvius.

Ejus accolæ.

Ducenti *Northmanni*, expeditionis ſocii: horum Dux *Ulf* de *Loufnes*.

Eſt

Eſt enim in illis regionibus, anguſtus tranſitus, & periculoſa navigatio, propter occultos quoſdam & aquis obvolutos ſcopulos: & idcirco neceſſarius eſt prudens ac diſcretus itineris dux, qui noverit vitare naufragia. Hic ſuorum ſodalium adventu percepto, lætabatur uberrimè. Manſerat enim in opido ſupradicto tempore aliquanto & deſideratiſſimum illorum præſtolabatur adſpectum, & continuò viſis nunciis, ad eos viſitandos properanter occurrit, mutuaque ſalutatione ſuſceptos, ad ſua ſervitia reverenter & honeſtè vocavit. Ad ſingulos quoque Principes ſpeciali ducebatur obſequio, contemplatoque navium apparatu, gaudens ad propria repedavit, jucundè multum & honorificè ſecum ſocios, non ſicut advenas incognitos, ſed ſicut cives & ejuſdem profeſſionis domeſticos, reducens, muneribus honoravit & obſequiis. Poſtera ſiquidem die, ſuccinctus & expeditus, deſcendit ad illos, & viæ comitem ducemque ſe gratulabundus exhibebat. De viris autem ſecum comitantibus, qui peritiores videbantur & gnari latentium ſcopulorum, ſingulis navibus deſtinavit, ut proviſione diligentiori adhibita, ſecura poſſit eſſe navigatio. Favebat autem illis ſtatim aura proſperior, & impellente violentia

lentia venti, pene ſupra vires curſum accelleravit. Sed navis *Petri* * [illegible] incautius impegit in Syrtem & pene læſa, labore comitantium & ingenio retrorſum ducta, reſiliit. Unde multo furore commotus ſupradictus *Ulf de Loufnes*, adverſus illum, quem præducem conſtituerat, hunc eundem mutilatione membrorum damnaſſet vel ſuſpendio, niſi eum *Danorum* poſtulatio defendiſſet. Poſtpoſito tamen hoc impedimento, more ſolito flatu compellente currebant, donec ante civitatem *Tunsbergem* vela revolverent. Quidam verò illorum, pontibus fixere funes civitati adhærentes; alii quidem anchoras jacientes, aliquantulum ab oppido remoti fluitabant: quà mediò, & compreſſione navium, ibidem affluentium, aſſici contempſerunt. Tunsbergam appellunt.

Cap.

Cap. IX.

De Tunsbergh & ejus ſitu.

Urbis *Tunsbergæ* ſitus.

Situm loci hujus eo poſſum evidentiori ſtilo depingere, quod in eo longiori tempore converſatus, mores hominum, non minus quàm locorum didici differentiam. Latitudo maris amplum quendam ſinum profundens, multis tractibus inſulas à corpore terræ ſecernit, quarum una, nomine *Moſerei*, contra oppidum diſtenta porrigitur, & poſitione ſua, portum præparat civitati. Quæ maris in littore conſtructa, pontes præbet adeuntibus. Piſcium marinorum inibi multa copia, & aquæ dulcis inopia. Populoſa ſatis in æſtate, propter navium multitudinem undique terrarum adventantium. Cives honeſtos utriuſque ſexus, liberalitate & eleemoſynarum largitate præclaros habet: ſed vitioſa potatio, & frequens ebrietas, ſocietatem convictantium turbat, & uſque ad effuſionem humani cruoris inſtigat. Mons quidam, juxta oppidum excrevit in altum, præruptis undiq; rupibus, quaſi caſtrum quoddam fortiſſimum, nuſquam aditum pandens præter unam ſemitam, humano ingenio fabricatam, quæ recluſa facilimè hoſtes adire

non

non patitur. In cujus cacumine pulchrè conſtructa patet Eccleſia, Beati Michaëlis honori conſecrata, quæ cum ſuis pertinentiis, Canonicos *Præmonſtratenſis* Ordinis, in eadem villa commorantes, ſuſtentat. Planicies quoque ſuffuſa monti, floribus odoriferis gratiſſima, ſtationem idoneam navibus præparandis, ſeu reficiendis, adminiſtrat. In hac nempe civitate, moram facere viri glorioſi volebant, quorum geſta mando memoriæ, naves ſuas reficientes, & quaſi jam ex novo ſolidantes, grandis enim & pericuFloſa nimis reſtabat via. Eccleſ. Michaëlis. Canonici Præmonſtratenſes.

Cap. X.

Quod de Tunsberg navigantes ad inſulas Seloyas applicuerunt, ibi de communi negotio tractaturi.

INterea dum hæc agerentur, viri quidam ex eis, aſſumtis ſecum ſociis *Ulphi*, properabant ad *Suerum* Regem *Norwagiæ*, (morabatur enim in *Aſloia*, quæ civitas eſt dives multum & populoſa, tertiaque totius regni nobilior) ſalutantes eum, nunciantesque illi cauſam, propter quam venerant, ne quaſi fraudis alicujus æmuli notarentur. Qui cum gaudio ſuſcipiuntur ab Excurſio ad Regem *Norwagiæ*.

eo,

eos, ſtatimque revertuntur, reportantes ſodalibus regis gratiam & favorem, & optatam proſperitatem. Illi autem recepta regia ſalutatione, de die in diem parantur ad iter emptis ſibi neceſſariis, auræ proſperioris gratiam obtinentes, *Wlfbo* ducente, recedebant. Attolluntur in altum vela pendentia, porrectiſque funiculis laxantur involucra, ſicque capaces ſinus aër infuſus extendit, & pulcherrimo curſu promovet expeditos. Videres hinc inde turbam civitatis, quaſi ad inviſum ſpectaculum contuendum, totam proruere, fuſiſque precibus, viam proſperam & ducatum Angelicum poſtulare. Subtractis autem ab oculis intuentium, fauces aperiuntur pelagi, raptimque ventorum impulſu crevit unda proclivior, & ſpumantibus aquis perpulit feſtinantes. Veniunt tandem ad inſulas quaſdam, quas *Seleir* appellamus, ubi repoſitis utenſilibus, conglutinatiſque funibus fixerunt rates, & ſubducunt. Poſt laborem utique grata quies, & humanæ naturæ fomentum inditum ſomni recreatio. Sequenti verò die, convocantur univerſi de communi negotio tractaturi, utrum hoc in loco data commodioris auræ clementia, maris aditum rapere debeant, an *Bergas* ire: ſed diſceptantibus hinc

Appellunt ad inſulas *Seleir*, ſive *Seloyas*.

hinc inde vulgi partibus, *Vlfhus* conſulebat, utilius fore Regis adventum *Bergas* præſtolari, eò quod *Suuerus* Rex, homo fertur profundi conſilii, multaque legiſſe libro experientiæ. Aſſerebat quoque vir diſertus, ſe plures ſocios illic habiturum, nec à facie Domini ſui quaſi fugitivus & illicentiatus voluiſſe diſcedere. Prævaluit itaque conſilium *Chuſi*, conſilio *Achitofel* hàc vice, nactaque oportunitate meandi, more ſolito terga ſpumantis abyſſi carina carpente fricabant, inſuliſque tranſcurſis, littorum promontoria celeri provectione legebant, quouſque coram facie civitatis, proſpectante vulgo, proras pontibus applicarent. Occurrunt ſubito viri veloces funibus, & ut mos eſt regionis, ad idoneam ſtationem inducentes, uſu decenti celeriter contexerunt. Inde *Bergas.*

Cap. XI.

De Civitate Bergenſi & ſeditione ibi facta per Danos.

Civitatis *Bergenſis* deſcriptio.

S. *Sunnif.*

Screitz piſcis.

Potandi vitium.

HÆc eſt civitas regionis illius, eminentiori potentia glorioſior, decorata caſtro regio, reliquiis Sanctarum Virginum adornata: ibi Sancta *Sunnif*, toto corpore in Ecclesia Cathedrali exaltata, quieſcit; populoſa valde, religioſorum virorum ac feminarum illic monaſteeia; dives & abundans multis opibus, ſiccorum piſcium, qui vocantur *Screitz*, tanta copia, ut menſuram excedat & numerum. Affluentiam navium & hominum, undique venientium, *Iſlandos*, *Gronlandos*, *Anglicos*, *Theothonicos*, *Danos*, *Suecos*, *Gutlandos*, ceteraſque nationes, quas dinumerare longum eſt, ſi curioſus eſſe volueris, illic reperire poteris. Vim mellis, tritici, bonarumque veſtium, argenti quoque ceterarumque rerum venalium, multa ſufficientia & de ſingulis grata ſatiſ mutuatio. In cunctis illius regni civitatibus, uniformis conſuetudo, ſed vitioſa, inolévit, ſcilicet, jugis ebrietas, quæ frequenter pacis fœdera rumpit, & quandoque manſuetos quoſque ad flagitia crudelitatis inſti-

inſtigat: atque pro joco reputantur ibidem facta criminalia. Hæc etiam agit illa ſine menſura potus ingurgitatio, quod cives & advenæ furore vini commoti, rapientes arma concurrant ad ſcelera, nec ab effuſione ſanguinis innocentum manus nefarias cohibere curant, & idcirco plura partibus illis damnanda facta reperies, quàm uſquam terrarum, etiamſi paganos adeas, nequaquam ſimilia poteris invenire. Hac ſiquidem inſolentia quidam ex collegio *Danorum* illecti, nocturnis videlicet potationibus perdito ſenſu dediti, cum *Norwagienſibus* rixam miſcuerunt, uſquequo tota pene civitas ad arma convolaret. Non enim omnes eandem vel æqualem donorum gratiam, etſi uno fuſi ſemine, merentur accipere. Sed niſi prudentia virorum illuſtrium, ex utraque parte concurrentium, litem dirimeret, ebrietas mixta furori ſtragem hominum attuliſſet. Mane jam facto, convocantur viri diſcretiores, qui ſeditionem ortam inter cives & hoſpites terminarent. Viſum eſt illis æqua lance ponderantibus, *Danos* in hac concurſione plus deliquiſſe, quia matronam quandam valde nobilem inhoneſtè nimis contrectaſſe convicti ſunt: Ideoque non ſine rerum ſuarum diſpendio, judicium finierunt. Ni-

Lis inter *Danos* & *Bergenſes* ex potatione orta.

hil utique in Re publica diſpenſatur utiliter; niſi moderatrix ſapientia rerum affuerit. Hac de re ſæpe dicti *Dani*, quodam affecti tædio, recedere diſponebant, innovatis navium ſuarum utenſilibus, ne fortè ſæpius iterato litigio, quid deterius contingere potuiſſet.

Abnavigant *Dani*.

Cap. XII.

Quomodo Suuerus naves & apparatum Danorum exploraverit.

ABeuntibus autem illis, *Ulfhus* in civitate remoratur; ægrè multum ferens, Regis adventum nimia dilatione differri: quia tempus auræ lenioris abibat, & tota via periculi altioris imminebat. At non multò poſt optato fruebatur deſiderio, & ecce ſupervenit *Suuerus* Rex inopinatus, more ſolito, *Danis* eum adhuc prope civitatem in portu, qui dicitur *Florcuuagh* exſpectantibus, & penè juxta illos, in portu tamen altero, tentoria fixit. Sequenti verò nocte, duobus tantum ſecum aſſumptis, quaſi curioſus explorator, deſcendit in lembum, & lenta remigatione ducebatur ad eos, ut diligentius ſingulorum conſideraret apparatum

Suuerus Rex Norv. *Danorum* naves explorat.

para-

paratus ornatum. At illi, navigantium more, ſervantes excubias, tum propter inſidias furum, & latronnm fraudulentos incurſus: tum etiam, ob ventorum mutabiles qualitates, viderunt homines, in umbra noctis obſcuræ, quaſi furtivo quodam proceſſu, ſilenter propellere cymbam, nihil ſimile de Rege ſuſpicati cœperunt eis clamoſa ſubſannatione inſultare, contumeliaſque verborum & injurias *fures* appellantes irrogare. Ille autem patienter ſatis ſufferens, blanda pro aſperis reſponſa reddebat, mitigare volens inſipientiam ſe fruſtra moleſtantium. Excitati tandem quidem de nautis, ſcire volentes, unde foret tanti riſus occaſio, cognito Regis acceſſu, *Ave* dicebant ei. Hi verò qui prius ſtolida inſultatione garriebant, confuſi, linguas fauceſque reſtringebant. Rex autem agnitum ſe deprehendens, ſubitò recedebat, & poſtera die properavit ad Urbem.

CAP. XIII.

Quod Simon, filius Kari, factione Suueinonis, puerum quendam, filium Magni Regis, vocans & ſecum aßumens, inſurrexerit contra Suuerum.

Ad res *Norvagenſium* digreditur.

VT enim ea, quæ narrare geſtio, luculentiori ſtylo valeam indagare, ſuperiori reincipiendum eſt exordio. Multum temporis elapſum novimus, quòd *Norwagia*, civili bello pulſata, pene deperiit, & poſt & ante mortem *Magni* Regis, multa mala emerſerunt in regno, quia Rex *Suuerus*, qui prædictum Regem multis præliornm & inſidiarum occurſibus moleſtaverat, & tandem occiſum vicerat, plurimis infeſtus effectus tam extraneis, quàm indigenis, ut alium *Hiſmaëlem* crederes. Multos illius regni nobiles expulit, quos non interfecit: quorum unus *Simon* aliquis, *Kari* filius, dives multum & nobilis, ad *Daciam* ejectus eſt. Qui ſuſceptus à quodam viro valde probo, nomine *Suuein*, & communicato cum eo conſilio, contra *Suuerum* bella movere tentavit: ſed cum principem, cui poſſet inniti, non haberet, tornatoris alicujus, ut ajunt, filium à *Magno* Rege mentiuntur generatum. Hunc aſſu-

aſſumens, ſtipatus latrunculis, *Norwagiam* adire conabatur, nec multo poſt ruſticis reſiſtentibus, cum principe ſuo ſuccubuit.

CAP. XIV.

Quomodo idem Suueino, Suuero pro prædicto facinore offenſus, in gratiam illius redierit.

HIc *Suuein*, qui *Simoni* ſupradicto conſenſit in hoc facto, unus erat illorum, qui præfuerunt *Danorum* collegio, ideoque *Suueri* Regis valde metuebat adſpectum. Convocatis igitur amiciſſimis ſuis, *Vlfho* ſcilicet, aliiſque ſui comitatus principibus, agere cum illis cœpit, quomodo Regis gratiam, quam criminaliter læſerat mitigare poſſet. Placuit illis, Regis adire præſentiam, pro eo bona verba facturi, ſi fortuna faveret. Vadunt, & redeunt, deſideratam pacem reportantes. NIHIL in principe magis honeſtum clementia. Die verò ſequenti, Regis ipſe præſentatur adſpectui: ſuſcipitur oſculo: hiſque tamen eum Rex „affatur alloquiis: Miror, vir bone, cum „nihil unquam tuæ manſuetudini mole„ſtum intulerim, nec tuorum quempiam

Sueino Danicæ expeditionis dux & comes *Suuero* Regi *Norv.* reconciliatur.

„verbo vel facto læſerim, cur in me nihil „peccantem, gratis tantum deſævire vo„luiſti, ut meæ vitæ regnique diſcrimen „molireris. Scire te non ambigimus, o„mnium illorum te fore obnoxium, qui cum „*Simone* compoſiti perierunt. Sed quia in„comparabilis divina bonitas, quæ ſua „pietate privari nequit, licet indignum „te de patrato ſcelere ſuſcitavit ad pœni„tentiam, ignoſcimus & tibi: quia plus „in Domini, quàm in noſtram deliqui„ſti majeſtatem. Fortè ſi non veniſ„ſes ad nos, de te meditaremur ultio„nem.

His dictis, multo ſermone virorum propoſitum commendabat, ſuadebat concordiam, hortabatur ad tolerantiam, quia Moyſes in Lege mandavit, * in ſacrificio caudam hoſtiæ immolari, id eſt, boni operis conſummationem. Et in Euangelio: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Multaque in hunc modum vir diſertus edocuit. Conſulebat quoque per *Orcades* iter agere, eò quod æſtas abiiſſet, ut illic hiemarent, ſed conſilium hoc vulgo non placuit. Finitoque colloquio, regiam liberalitatem oſtendens, munera largitus eſt. De cibariis autem, quæ, regionibus illis abundant, communiter omnibus obtulit, ut

Lev. 3. v. 9. c. 7. v. 5.

ut ſingulis navibus quinquaginta menſuræ butyri provenirent. His ita geſtis, data licentia, cum pacis oſculo dimittuntur ad ſua, nil animo de Regis indignatione, quæ circa *Suuein* efferbuerat, ſiniſtrum ſuſpicantes, eò quod majori pene affectu, quàm ceteros, ipſum videbatur amplecti.

A Suuero Norvagiæ Rege dimittuntur.

CAP. XV.

Quod Dani, procedentes ad introitum maris, Ulfum exſpectant.

PRædictus verò *Ulws*, convocatis ſociis, quorum arbitrio ſumma regiminis promovebatur, cum illis contulit de forma proficiſcendi, quove in loco ſuum poſſent commodiùs adventum præſtolari. Occupatum enim ſe querebatur regali officio, & rebus neceſſariis, non ſibi ſatis ad votum proſperè ſuccedentibus, impediebatur. Perſuaſit tamen exercitui Deus, militare diſponenti, ad introitum maris magni uſque procedere atque inſulæ, quam *Stolm* appellant, applicare: quod & factum eſt. Suſtinebant itaque, ſed non ſatis patienter, ut poſtmodum claruit, adventnm ſuorum comitum, quibus viæ mariſque diſcrimi-

na, uſu antiquiori & aſſidua navigatione, certificata fuerant. Agebant illic viri, ardenti deſiderio pleni, hebdomadam & eo amplius, non ſine ſancto & religioſo, ut ita dixerim, litigio: quibuſdam, ut properarent contendentibus; aliis rationabiliter & diſcretè contrà nitentibus, ne ſine ducatu providentiori, iter hoc arduum, & mare magnum & ſpatioſum illotis manibus, ubi reptilia quorum non eſt numerus, arriperent, & ſuprà dictus Dux ocyus maturare differebat.

CAP. XVI.

Quod moram non patientibus aliis, ſolus Suueino cum nautis ſuis Vlſum praeſtolatur.

Vlſo moras agente, quidam à reliquis diſcedunt.

TAndem, Aquilone ſpirante proſperius, ſed minus commodè, quia turbulentus acceſſit, vulgus acceleravit ineptè, nec moram longiorem paſſa eſt. Multitudo ad navium armamenta concurrere diſponebat. Impediebat ſiquidem *Suueino* ſocios arte, qua poterat, ſed nihil agebat. Dicebat enim jurejurando, ſe communiter ſociis omnibus fore conſtrictum, nec minus *Vlſo* cum *Norwagienſibus* fidei debere conſtantiam, quam compatriotis, & idcirco illorum

rum perſeveranter adventum præſtolari. Fecit & hoc. Abeuntibus igitur conſodalibus, ſolus *Sueino* cum ſuis nautis ipſe remanſit, donec ſæpe dicti comites apparerent. O quanta ejus mentem tunc lætitia exhilarabat. Quis non videat, quàm feſtinus quámque alacer occurrat, ut non currentem, imò volantem cerneres, quod illorum meruiſſet adſpectu colloquioque gaudere. Statimque prorupit in hujuſmodi verba mœroris & gaudii.

CAP. XVII.

De Adventu Vlfi & ejus conſilio.

VIrorum amantiſſimi, feliciter adveniſtis, & jam deſperantibus nobis ſolatium attuliſtis. Eja, nunc acceleremus, nulla nos mora detineat, ut fratrum noſtrorum „ conſequamur intuitum, quos adſpectibus „ noſtris & venti proſperitas, & longiora ma„ris ſpatia, extraxerunt. Debuimus ſiquidem „ veſtræ ſagacitatis inniti conſilio, & potius „ veſtrum ſequi ducatum, quàm præſum„ptuosè præcedere. Reſpondeat equidem „ nunc fidei noſtræ pollicitationis veſtræ „ jurata conſtantia, ne contingat illud inſpe„ratum viris tam ſtrenuis, quod datæ fidei „ ſacramentum audeatis violare.

Redit ad ſocios *Vlfus* & mutuo gratulantur.

Hæc & his ſimilia *Suueinone* perſequente,

ta-

talia fertur *Vlfus* reddidiſſe reſponſa:

„ Illuſtres viri, non decet, ut æſtimamus, „ negotium hoc, divina inſpiratione ſuſce- „ ptum, improvido accelerare conſilio, ſed „ ſumma diſcretaque deliberatione penſan- „ dum arbitramur: quia res ardua eſt, & „ altiori eget inſpectu. Non enim, ut dixi- „ ſtis, ea occaſione moram veniendi nexui- „ mus, ut fidei noſtræ promiſſam conſtantiam „ vel metu, vel pœnitudine ducti, mutare- „ mus: verùm, contra vim ventorum ma- „ riſque violentiam, ultra humanam fore „ virtutem colluctari decernimus. Solius „ enim Dei potentia ventos placat, & maria „ ſedat, ut ſicco liceat tranſire veſtigio. Illud „ utique uſitatum proverbium noſtrum non „ fallit, quo dicitur: *Bihande byr eigo, en- „ brad'er and'rod'r.* * Verumtamen ne nos „ timoris vel pigritiæ nota deformet, contra „ rationem niti oportet, ut illorum ſolatio „ perfruamur, quos affectuoſius conſequen- „ dos deſideramus.

* *Steph. Ioh Stephanius* in Not. in *Sax. Gramm.* fol. 114. proverbium hoc ita reddit vertitque: Bydandur byr eiga er brader handarodur: *Exſpectantes ventum ſecundum, feſtinantius properant, quàm remigantes:* de kommer ſnarere trem ſom Seiler, end de Roer.

Cap.

CAP. XVIII.

Quod Vlſus, quamvis Suueino præcederet, per compendium ſequens, optato littore potitus eſt.

HIs igitur auditis, *Suueino* cum ſuis ſub celeritate ſolvit à littore, *Vlfo* tamen adhuc modicum, ut putavit, remorante. Quarta etenim feria, hora diei, ut puta, tertia, ſolo navigio, Deo deſuper inſpectante, proceſſit à portu, & vaſtam freti tumeſcentis altitudinem ingrediens, nec illos quos reliquerat, cernit, ſed nec præcedentium, quos incredibili deſiderio affectabat, veſtigia contuetur. Supra memoratus autem *Vlfus*, licet non ſubita inſectatione ſe moveret à loco, ad eorum tamen comitatum, utpote vir gnarus maris & ventorum, acceleravit; ſed rectiori curſu compendium capiebat, & illos non eſt conſequutus, quos noverat per diſpendium evagari. Qui eodem vento, quo hi ducebantur, ad optatum littus eductus eſt. Ecce, quantum cooperante Dei gratia, valet etiam humanæ ſagacitatis induſtria. Ad enarrandum denique, quamquam rudi ſtilo, & in

Proficiſcuntur.

incompoſita verborum ſerie, quod cœpimus, revertamur.

Cap. XIX.

Quod idem Suueino, per totam noctem, maris inclementia valde vexabatur.

Sueino in mari periclitatur.

SOlus equidem, ut ſupra diximus, *Suueino* relictus à *Dauis*, nec *Norwagienſium* comes infinitum, ut ita dixerim, pelagus non tam diſcreta quàm audaci præſumptione niſus eſt transfretrare. Erat autem illi aſſociatus, ut ſupra relatum eſt, vir nobilis, militaris, literali ſcientia eruditus, & ſermone facundus, *Matthæus* nomine, qui magnam habebat gratiam in converſatione ſuorum. Hic acceſſit in medium, ut virorum animum verbo doctrinæ roboraret, & exemplo propoſito Sanctorum, pro nomine Chriſti diverſa tormentorum genera ſuſtinentium, quorum quidam exilio ejecti, quidam *lapidati ſunt*, ut Apoſtolus ait, (Hebr. c. 11 v. 37.) *ſecti ſunt, in acciſione gladii, mortui ſunt.* Ut ceſſavit autem loqui, quod ſpiritualiter animos auditorum ad tolerantiam, & boni propoſiti perſeverantiam animabat, ſubjunxit de his commonens, quæ ad imminens mortis periculum cavendum neceſſe videbantur, ut videlicet vigiles eſſent,

&

& alacres, & fortè quicquid evenire poterit, intrepidi ſuſtinerent. Ibant enim fluctus & intumeſcebant, agente ventorum intemperantia, ut quandoque Solem unda obſcuraret oppoſita, & quaſi montium vertices altitudinem cæli tangentes, aquarum cumulos exiſtimares. Tranſacto die illo, nox tetrior obſcuriorque ſolito imminebat, quæ necis horrorem adſpectu ſuo, cum ingenti ſonitu procellarum, intentabat. O quàm ſecurum, quamque jucundum in ſolo! *Faſtr er a foldo ſoer*: in ſalo autem navigans, labilis eſt & titubans. Siquidem irruebat undique ſentina, cum ſtrepitu laxatis ligaturis, & nox inſomnis agebatur, ob præſentis periculi magnitudinem & laboris incommodum, eo quod toto noctis ſpatio, ne mergerentur, viciſſim haurire cogebantur. Adjuvabant viri fortes ac ſtrenui, ne ob incuriam contra venti violentiam, quandoque navis quaſſata niteretur. Non enim uſpiam, præterquam in anteriora, declinare fas erat: ſed & tota maris ſuperficies, ignis horrendi qualitatem cum fervore, prætendebat. Optabant nimirum lucis acceſſum; quia tenebræ denſiores noctem tædiosè pertraxerant longiorem. Lucebat ſerenata cæli facie auroræ claritas. & Tempeſtatis periculum remittit.
grato

grato fulgore lucis non ſolùm oculos illorum, verùm etiam animos exhilarabat. Qui ſubita curioſitate ſciendi, quorſum illos nigra nox expulerit, an ſocios, qui præceſſerant, conſequerentur, nec ne, unum ex his, leviori motu velocem, uſque ad mali apicem mittunt, contemplari ſi daretur comitatum ſocialem, & inveniuntur inter undas jam primi, qui de littore ſolvêre noviſſimi. Mitigabatur equidem motus aëris, & paulò clementior factus, pene deſperantibus vitæ promittebat augmentum.

Cap. xx.

Quod ſexta feria, diſſoluta navi, ſubmerſi ſunt.

Redit periculum.

QUinta denique feria deſideratâ luce clarebat, etſi ſol tectus nube lateret: in eorum mente læto calore rutilabat, triſtitiamque, de inſtanti morte conceptam, magna jam ex parte tergebat, quia eos etiam, quos ſe perdidiſſe doluerant, utcunque incolumes repetiſſent, eaque die ſe invicem mutuó conſolabantur adſpectu: adveſperaſcente autem die, vehementior ſolito tempeſtatis furor accrevit, atque mare à fundo perturbans, totam ſpem vitæ removit, jactiſque omnibus quæ habebant, rerum detrimento

to, animas redimere ſi poſſibile eſſet, geſtiebant. Videntes verò ventum validum, timuerunt valde, & cum tota navis ſubſtantia ſolveretur, clamabant dicentes: *Domine, ſalva nos, perimus.* Cum verò mortis articulus immineret, nec uſpiam ſpes aderat declinandi, conſtanter & intrepidè ſe invicem hortabantur, ut qui divina inſpiratione legationem hanc ſuſceperant, in eadem pro Chriſto viriliter ſuccumbere minimè formidarent. Naufragium. *Sueinotiis*

Porrò, nocte illa ſemimerſi agonizabant, & diem horamque Chriſti paſſioni conſecratam, ſub hac tormenti mole, præſtolantes, quicquid in hac fragili mortalitate contra Dei præcepta deliquerant, horrendæ mortis, ut confidimus, ſacrificio expiabant. Quis unquam hominum horum, ut ita dixerim, martyralem mortem digno poterit commendare præconio? quorum paſſio tam diuturna, tamque horrida, ut ipſius ſolummodò intuitus ſit necis introitus, qui non ſemel, immo centies ſuffocationem ſubeunt, totieſque amaritudinem præguſtant interitus, quoties undis ſubvoluti ſingultant, ut pro illis & talibus videatur ad literam Propheta gemuiſſe dicens: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Quidam autem illo- (Pſ.68.3.)

rum, infra navis fragmenta concuſſi pereunt: alii verò cymbam occupantes, ſupra menſuram onerant, ac ſic ſuffocati mortis debitum ſolvunt, & æternæ vitæ ſolatium ſortiuntur. AMEN. Hæc de his hactenus dicta ſufficiant.

Cap. XXI.

Quod aliqui, tabulis & fragmentis adhærentes, terræ appulſi ſunt.

Servati ex naufragio. Porro, de illis ſilendum non arbitror, quos eadem de ſocietate, miraculoſa Dei potentia ad laudem ſui clementer eduxit: qui eodem periculo involuti, hujus vitæ protelationem incredibili pœna mereantur. Natant enim inter undas more piſcium, tabularum fruſta legentes, ac funibus collecta conſtringunt, facientes aliquam utcunque congeriem, in qua ſe tueri ab undarum incurſibus modo miſerabili nitebantur. In quam inſilientes viri fermè triginta, qui hac arte vitam protegere laborabant. Mira de his, ſed vera referri poſſunt, quæ pene videntur *abvia* * ra-

*(contraria)

ſtationi, quos utique niſi divino fuiſſent ſervati miraculo, fluctus ſorbuiſſet. A ſexta enim feria, uſque in tertiam, fame, ſiti, & algore, nec non inopia ſomni, cruciatos quoſdam mors occupavit in Domino; quidam verò, ſenſu perdito, ne in præceps ruerent, loco ſtringuntur, donec Deo duce ad littus impulſos, homines illius terræ ſemivivos ſuſciperent. Quorum quidam, humanitatis officium afflictis exhibent: aliqui verò, tantæ crudelitatis exiſtunt, ut vitam miſerabilem, quam inter mille mortes CHRISTUS ſervaverat, extinguere non horrerent. Sed vitium virtus excluſit, & pietas ſævitiam ſuperavit. O ſtupenda divinæ majeſtatis opera in ſuo univerſo, quæ cuncta jure commendantur, Quædam tamen quanto rariora, tanto magis mirabilia prædicantur, quæ ſervavit diverſo tempore revelanda. Utrum magis mirari debeam, incertum habeo: mare ſub undis iter ſiccum præbuiſſe, an in fluctibus abſque navis ſuffragio viam patuiſſe? Hebræus ille quondam populus, à Deo ſpecialiter electus, terram promiſſionis hereditaria ſorte poſſeſſurus, ab Ægyptia ſervitute redemptus, rubri maris undas, miraculosè diviſas, arido pede tranſivit.

Populus autem hic noſter, eandem terram, cooperante ſibi Chriſti gratia, à ſubactione Chaldaica liberaturus, ſuper undas Oceani, diebus quinque ac totidem noctibus, concuſſo ratis ſolatio, tranſeundi facultatem promeruit.

Cap. XXII

Quod alii, licet inviti, tamen ſalvis navibus, cum jactura rerum, ad Freſiam applicuerunt, & ibi relictis navibus, terreno itinere Venetiam venerunt.

Ad illos iterum revertamur, quorum mentionem ſupra factam Lector inveniet. Qui ſimili periculo, ſed longè diſſimiliter agebantur. Hi licet intra navium ſepta concluſi, ejectis tamen omnibus, vitam ſe ſervaſſe cum pœna gratulabantur: Verumtamen illorum aliqui tam proſperam habuere navigationem, ut de rerum ſubſtantia nil perderent, & ſoliditatem navium inconcuſſam retinerent. Qui devoto ſtudio ſociis affuerunt, perditos, qui erant ſuperſtites, donec invenirent, quærere non deſiſtebant, repertoſque gratiosè colligebant.

(..vi.) ..eliquo..um ex expeditione, ..er.

Re-

Renovabant denique illud antiquum in Eccleſia primitiva inſtitutum, ut eſſent illis omnia communia, prout cuique opus erat. Agebant hanc humanitatem præ ceteris viri nobiles, liberali gratia inſigniti: *Ago*, filius *Stigh*, & *Ako* nepos Domini Epiſcopi. *Alexander* quoque, non tamen adeo larga manu partitus eſt, ut poterat, dives enim erat copioſè. Ceteri vero, pro modulo ſuæ facultatis, fratribus ſuccurrebant, quia multi erant, quos iniquitas maris & periculi rebus omnibus attenuarat. Ad portum denique perductis, quæ ſupererant, navibus. (ad *Freſiam* enim quanquam inviti applicuerant,) loco & civitate, quæ *Stafræ* nuncupatur; habitoque illic communi conſilio, utrum amplius cum navibus conari debeant, quod & multis libuit, ſed vulgi voluntas fuit, trans terras iter arripere. Prævaluit ſiquidem hoc conſilium, multitudini cedendum arbitrantes. Venditis ergo navibus, cum omnibus utenſilibus, rebuſque importabilibus, per *Rhenum* navigantes, *Coloniam* uſque perducti ſunt. Poſtmodum, properantes de civitate in civitatem via publica, donec *Venetiam* pervenirent.

In *Friſiam* appellunt, inde per *Germaniam* *Venetias* tendunt. (*Stavera* urbs *Friſiæ* occidentalis 11 liarib. Enchu diſtans Vid. U Emm. de Rep. Friſ. fol. 63. ubi proverbiũ habet ex luxu *Staverenſium* veterum ortũ, *de dartele kinderen van Staveren.*)

Cap. XXIII.

De Civitate Venetia.

Venetæ urbis diſcriptio.

MIra de hac referuntur civitate: in mari ſita eſt, populoſa nimis, potentiſſima navibus bellicis, ut ultra mare, in *Alexandriam* videlicet, fama potentiæ ſuæ cunctis timorem incutiat: nec minori apud *Græciam* opinione divulgatur; atque circumquaque terrore incuſſo, tributa exigit, & ad indebita ſervitia provincias ſubdendo compellit. In hac denique, majores noſtri modica mora quieverunt, ut viribus poſt laborem reparatis, ad arripiendum iter reſiduum fortiores redderentur. Eſt enim viatoribus proprium, ſe ſemper in anteriora protendere, nec ſpiritu requieſcere, donec pervenerint, quò anhelant.

Cap.

Cap. XXIV.

Quod inde navigantes, licet cum magna miſeria, ad Terram Sanctam applicuerunt.

Paratis igitur neceſſariis in via portandis, navem conſcendunt, ut mare tranſeant. Sed quantus eis labor fuerit, quantaque miſeria, quid ab impietate nautarum; quaſque paſſi ſint moleſtias ab piratarum inſidiis, præter ventorum hiemalium incommoda, mariſque diſcrimina, quantam inconſuetæ famis, ſitiſque, ac algoris inclementiam, non eſt meæ facultatis ſtilo proſequi; quo uſque ad portum deſideratum pertingerent. Quanta nempe gaudia, quàm multa cordis exultatio negotiatoribus noſtris ſpecialiter inerant, fletus ubertim fuſus oſtendit, cum terram Sanctam ſuis cœperunt calcare veſtigiis, nullam penitus morulam ſuſtinentes, quin votiva gaudia celebrarent, loca ſancta magno deſiderio viſitantes. Poterat enim liberè digredi quilibet, quo eum voluntatis duceret affectus, quoniam pacem ſtatuerant ex utraque parte firmiſſimam, Pagani videlicet cum Chriſtianis, & idcirco noſtri cum fiducia properabant. Alii per terram cõpendium capiebant, imbecilles verò & infirmi, ad navis iterum ſuffragium concurrebant, ut breviori via terram tererent, quos infirmitatis defectus affligebat.

Venetiis in Palæſtinam perveniunt

Pax cum *Saracenis.*

Cap.

Cap. XXV.

Quod Hieruſalem venientes, Sancta loca intrare properabant: & quod repatriantes, alii per Romam, alii per Conſtantinopolim, iter agebant.

CONvenerant tandem ad civitatem Sanctam, Paganis & idololatria occupatam: ex intimo cordis affectu fletus ſubeunt & ſuſpiria, præcipuè ab his, qui eam prius viderant, gloria & honore ſublimatam. Attamen propter pacis excellentem dignitatem, introducuntur ad Sacroſancta loca Sepulchri: ſed cuncta, quæ quondam devotionis excitabant affectum, ad mœroris vertuntur augmentum: illic, combinati catenarum pondere captivi, Confeſſores Chriſti, ſub ſtimulo & verbere, more jumentorum onuſti, continua crudelitate vexantur, quod ſequens planctus, ſuper Hieruſalem editus, flebili lamentatione declarat. Adorato igitur loco Sancto corporis Chriſti, ſubito extra muros ejecti, ad Sacrum flumen baptiſmatis Jeſu, ſub ſollicita cuſtodia paganorum celeriter educuntur. Experimento namque diſcunt, ſed mirantur, quod tantam poſſit humanæ fragilitatis conditio ſufferre penuriam, inconſueti videlicet ardoris, intemperiei ſitiſque ariditatem, propter aquæ potabilis raritatem, eò quòd magno exigua ſtilla pretio mutuatur. Vadunt & re-

Loca *Hieroſolymis* ſacra inviſunt.

deunt

deunt integro numero Deo ductori gratias referentes, ad antiquas navium ſtationes; id eſt, *Accaron*, ubi jam non ceſſante tribulationis anguſtia, novus malorũ exactor inſurgit, & captivare nititur à timore liberatos.* Orta namque ſeditio fuerat inter *Græcos* & *Anglicos*, ob injuriam, ut ajunt, factam ab *Anglorũ* Rege, his qui erant in *Sicilia*, exiſtimantes hos eſſe de *Græcis*, volebãt rapere ad ſupplicia. Sed cognita veritate, à perſecutionis rabie ceſſavere, & dimiſſi ad ſua depoſita revertuntur. Acto autem illic tempore modico, repatriare diſponunt: quia pacis tranquillitas bellare prohibebat; & partitis ab invicem ſociis, aliis per compendium redire placuit in *Apuliam*, ſicque per *Romam* iter agere, ut ad propria repedarent. Ceteri verò *Conſtantinopolim*, ad viſitandam Sanctorũ gratiam, qui venerantur † in ea, ire properabant: atque à Rege *Græciæ* ſuſcipiantur honeſtè, quos muneribus & xeniis, ut ſecum manerent, retinere laborat: ſed amor conjugum, filiorum quoq; pia dilectio, aliorumque quorumlibet propinquorum, ab hac perſuaſione retrahebat. Hujus itaque opinatiſſimæ civitatis ſcrupuloſa & ſuperſtitioſa prodigia, ſcriptis proſequi duxi ſuperfluum: quædam tamen ex his, quæ devotæ religioni ſuffragantur, ne penitus cuncta relinquantur intacta, referre geſtio. Quod ne videatur abſurdum & incredibile, illorum qui videbant, teſtimonio comprobatur.

Accaranem, Palæſtinæ urbem, repetunt.

*(Diſſidium fuit inter Regem Anglorum & *Tancredum* in *Sicilia* tunc regnantem. *Baron.* Actis an. 1190.)

Inde patriam.

† (coluntur)

CAP.

Cap. XXV

De imagine Sanctæ Dei Genitricis, apud Conſtantinopolim.

Conſtanti-nopoli ab illis viſa.

HAbetur namque illic, ubi dignum eſt, in veneratione ſumma Dei genitricis imago, quæ *Græcorum* more, pulcherrimo decore picta, continteur in tabula, quam *Eudoxam*, id eſt, bonam gloriam ſuo appellant idiomate, vulgari autem vocabulo *Eididerani* dicunt. Singulis autem diebus, ut aſſerunt, à viro defertur in alium, comitantibus utriuſque ſexus turbis innumeris cum incenſo, ut vapor cremati thuris in altas videatur auras evolare. Pro ſanctitate verò & reverentia mixta timori, hanc nemo, qui hoc ſeculum diligit, ſuis præſumit geſtare manibus, verùm è cellulis ſolitariam vitam agentes viri religioſi educuntur, ut eam bajulent. Tertia namque feria ſingulis ſeptimanis, Angelico motu circumacta in conſpectu totius vulgi, velut quodam rapta turbine, ſui ipſius portitorem eodem impetu ſecum circumvehit, ut oculos intuentium mira celeritate pene fallere videatur, cunctis more ſuo pectora tundentibus & clamantibus *Kyrieleiſon, Chriſteeleiſon*. Copia ſiquidem ſuppetit plura refeferendi, ſed ne prolixitas faſtidium afferat audienti cetera ſupprimere magis eligo, quàm narrare: quia quandoque humana curioſitas plus vanitate, quàm religione delectatur.

Cap.

CAP. XXVII.

Quod Dani, Graciam egredientes, per Hungariam & Saxoniam reverſi ſunt in regionem ſuam.

PEractis igitur omnibus, quorum gratia viatores noſtri advenerant, cum honore ecedunt, obſequium ſibi parantibus nobiiſſimis Regis curialibus, qui dicuntur *Weinge* † regni ſigillo muniti. Non enim fas eſt erram egredi, abſque literis dimiſſoriis, uia per urbes munitiſſimas iter eſt exeundi. His ergo per oſcula ſalutatis, *Graciam* poſt erga relinquunt; & *Ungariam* calcant: ubi ihilominus à Rege & Principibus honeſtè uſcepti, ad Auſtralem *Saxoniam* traducunur, ut pede jam inoffenſo revertantur in egionem ſuam.

† (Forte βάραγγοι ap. *Godin.* vide *Meurſ.* Gloſſar.)

Timeo, dilectiſſime, ſuperflua loquaciate auribus veſtris diſplicuiſſe: Sed humiliter eniam poſtulanti, Sanctitas veſtra denegare on eliget.

Explicit Hiſtoria de Profectione Danorum in Hieroſolymam.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM
Memorabilium, quæ in hoc Tracta-tu continentur.

ABſolon, *Archiepiſcopus Lundenſis*, Cap. 5.
Accaron. c. 25.
Adulatores in aulis primas partes ferunt. c. 5
Ago, *filius* Stigh *Albi*. c. 6.
Ako, c. 6.
Alexander, Abſolonis *Archiepiſcopi Lundenſis ex ſorore nepos*. c. 6.
Aſloja, *urbs Norwegiæ*. c. 10.
Aſteiſmus, figura Rhetorica. *Prolog*.

B.

BErgæ *Norwegiæ urbs laudata*, c. 11.

C.

C*Audam hoſtiæ cur DEUS immolare in V. T. præceperit*, c. 14.
Chriſtiani à Turcis crudeliter tractantur. c. 25.
Clementia virtus Principe digna. c. 14.
Colonia. c. 22.
Comitia Othoniæ *habita* c. 4.
Communio bonorum in primitiva Eccleſia. c. 22.
Conſtantinopolis. c. 25. 26.

D.

D*Anorum virtus militaris laudata*. c. 5.
Dani olim bella gerebant, ut famam ſui nomin extenderent. c. 5.

Da

Dani ad Terram Sanctam applicant. c. 25. *Sepulchrum Chriſti inviſunt*. item. *Sacrum flumen in quo Chriſtus baptizatus*. ibid. *Eorum ibidem periculum*. ibid. *patriam repetunt*. ibid. *per Hungariam & Saxoniam in patriam revertuntur*. c. 27.

Diabolus: *Ejus malitia qui ſalutari propoſito obicem ponere ſolet*. c. 6.

Poſt lapſum ſubtilitatem naturæ non amiſit. ibid.

Digreſſiones in bono Auctore non improbandæ. c. 6.

E.

Ebrietatis effecta. c. 11.

Eccleſiaſticorum Simonia. c. 1.

Ekerei, portus Norvegienſis. c. 7.

Elf, *ingens fluvius*. c. 8.

Errores in fide. c. 1.

Esbernus, *eloquentia laude clarus*. c. 5.

F.

Finni. c. 5.

Florcuuagh, *portus Norwegiæ*. c. 12.

Freſia, c. 22

G.

Gemobodia, c. 5.

Gouti, *populus*. c. 8.

Gregorii VIII. *Papæ ad Reges & Princip. Epiſt*. c. 3.

Grönlandi. c. 11.

Gutlandi. c. 11

H.

Hals, *oſtium maris*. c. 7.

Hel. c 5.

Hieroſolymæ *nobilitas*. c. 3.

Hie-

Hieroſolyma *à Chriſtianis amiſſa à Turcis recuperata.* c. *cit.* ibid. *amiſſionis cauſa, civium perfidia.* l. c.
Hiſing, *inſula.* c. 8.
Hiſtoriæ antiquæ jucunditas, item neceſſitas. Prolog.
Holſatia, c. 5.
Humanitatis & miſericordiæ Exemplum. c. 22.

I.

IMago Mariæ *Conſtantinopoli.* c. 26.
Iſlandi. c. 11.
Juvenalis laudatus. c. 5.

K.

KAnutus Waldemari *filius.* c. 4.
Konunghellia, *oppidum.* c. 8.

L.

LEſci, *Inſula.* c. 7.
Longobardi, *unde ſic dicti.* c. 5.
Luxuria pudicitiæ peſtis. c. 1.

M.

MAriæ *imago Conſtantinopoli.* c. 26.
Matthæus *aliquis, vir arte & Marte clarus.* c. 19
Mocerei, *inſula, portum præbet oportunum.* c. 9.

N.

NAbuzardan. c. 3.
Naves Piraticæ. c. 6.
Naufragium eorum qui expeditionem ſacram ſuſceperant. c. 20.
Normannia. c. 5.
Northmanni. c. 8.
Norwegia *civili bello pulſata.* c. 1.
Norwegi *ebrioſitati deditì* c. 11.

O.

ORcades. c. 14.
Othoniæ, *Comitia habita.* c. 4.

P.

P*Apa* Romani *dolor ob expugnatam Hieroſolymam* c. 3.
Palæſtina, *cur lacte & melle fluere dicatur?* c. 6. *Idem allegoricè ad* Mariam *Virginem applicatum.* ibid.
Peccatorum incrementa mundi propediem interituri ſigna. c 1.
Peccata univerſalia, univerſalis inſequitur pœna. c. 2.
Petrus *albi* Palnonis *filius.* c. 6.
Præmonſtratenſis ordo. c. 6.
Pudicitiæ exilium. c. 1.

R.

R*Erum olim geſtarum dulcis memoria.* *Prol.*

S.

SCani. c. 7.
Sclavia. c. 5.
Seleir, *inſula.* c. 10.
Sembi, *populus.* c. 5.
Sepulchrum Chriſti. c. 25.
Seireith areſacti piſces. c. 11.
Simon Kari *filius bellum movet contra* Sverum Norwegiæ *Regem.* c. 13.
Tornatoris filium pro Magni Regis *filio ſubornat.* c. *cit.*
Simonia Eccleſiaſticorum. c. 1.
Skori *ſocius expeditionis Hieroſolymitanæ.* c. 6.
Sneka, *navium Piraticarum genus.* c. 6.